

Quando absentes criminum rei condemnari de Jure civili nequirit? Quando absentes citandi edictis fuerint, & bona eorum adnotanda? quando ob contumacem absentiam Fisco cedant, quando non? Vid. Voet. in Comment. ad Pandect. lib. 48. tit. 17. n. 1. (Vide addit. hisp. verb. Accusari qui possunt.)

ARTICULUS IV.

Absens quoad absolutionem à peccatis & censuris.

SUMMARIUM.

- 1 Absens non potest confiteri per Nuntium, & per literas, ejusque confessio, & absolutio sic à Confessario absente obrita, est nulla, & invalida.
2 Sic etiam invalida esset absolutio, si Confessarius penitentem presentem audiret, & postea per literas eum absentem abolveret.
3 Valida est Confessio si per literas penitens mittat peccata Confessario absenti qui ea legat, & huic factus presens dicat, accuso me de peccatis illis, que scripti, & peto absolvi. Sicuti etiam si presens peccata scripta det Confessario legenda, & postea dicat, de istis peccatis hic scriptis me accuso, & peto absolvi. Non est tamen hoc faciendum sine rationabili causa.
4 Immo multi volunt hoc extra casum necessitatis esse illicitum.
5 Absens etiam invitus extra confessionem sacramentalem potest absolvi à censuris.

Absens non potest confiteri per Nuntium, per literas, ejusque confessio, & absolutio sic à Confessario absente obrita, est nulla, & invalida, quia penitentem absente non potest verificari forma essentialis absolutionis, in qua dicitur, absolvo te, que particula Te ex genere suo est demonstrativa personæ presentis, supra quam cadere debet absolutio; & colligitur ex cap. Quem punitur 88. de penitentia dist. 1. & expresse ex Clementis VIII. constituit. incipient. Sanctissimus Dominus noster Clemens, emanat. 20. Julii 1602. in qua contrariam opinionem, & assertionem damnavit, ut falsam, temerariam, & scandalosam, & sub poena excommunicationis Papæ reservatè prohibuit eam doceri, & in praxim deduci. Sic etiam invalida esset absolutio, si Confessarius penitentem presentem audiret, & postea per literas eum absentem abolveret, quia Clementis VIII. damnavit ne dum absens confessionem, sed etiam absens absolutionem disjunctivè, damnavit enim propositionem dicentem, Licet per literas, seu intermedium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere; neque enim in hoc etiam casu verificaretur forma substantialis absolutionis, cum non haberetur presens persona demonstrata ut presens per illam particulam Te. Sic communiter DD.

Valida autem est confessio si per literas penitens mittat peccata Confessario absenti, qui ea legat, & huic factus presens dicat, accuso me de peccatis illis, que scripti, & peto absolvi. Sicuti etiam si presens peccata scripta det Confessario legenda, & postea dicat, de istis peccatis hic scriptis me accuso, & peto absolvi; quia sic implet præceptum confessionis vocalis, dum voce confitetur, peccata ibi scripta esse sua, & de illis habet dolorem requisitum, & sistitur in presentia Confessarii, ut verificetur forma substantialis confessionis per illam particulam absolvo te demonstrativam personæ presentis, ut superius dicebatur, adeoque valida erit absolutio. Est fere communis inter DD. cum La Croix lib. 6. p. 2. n. 1196. Gobat. Lugo, Arriaga, & aliis passim, qui tamen rectè monent, hoc non esse faciendum absque rationabili causa, cum sit contra communem praxim ecclesiæ. Immo multi apud La Croix l. c. n. 1197. volunt, hoc extra casum necessitatis esse illicitum, & colligitur ex Bened. XI. Extravagant. Inter cunctos de privileg. ubi sic habet: Nisi articulus necessitatis occurrat, Sacerdoti facienda est oris confessio, prout scriptum est, corda ad justitiam erigitur, ore autem fit confessio ad salutem, & cap. Quem punitur 88. de penit. dist. 1. ubi sic habe-

tur: Præcipit Dominus mundandis, ut ostenderent ora Sacerdotibus, docens corporali presentia confitenda peccata, non per nuntium, non per scriptum manifestanda, quia si per vos peccatis, per vos erubescatis; erubescit enim ipsa partem habet remissionis. (Vide leg. 23. & 30. tit. 4. p. 1.)

Mitor doctum Autorem ex supra relatis Bened. XI. verbis num. 4. non agnovisse, extra necessitatem validam esse non posse confessionem scriptam factam Sacerdoti presentem, cum generali illa expressione tantum: Accuso me de peccatis illis, que scripti. Nam si Pontifex Maximus, extra articulum necessitatis, Sacerdoti confessionem oris faciendam esse decernit, & jubet; ergo præceptum ad est de confitendis ore peccatis. Quod quidem præceptum Florentina Synodus satis aperte designavit, cum dixit, Sacramentum Penitentiae oris confessione perfici, & Sacerdus Thomas asseruit. Quodlib. 1. q. 6. art. 10. dum scripsit: Ex ecclesiæ institutione tenetur homo, qui potest, ut verbo confiteatur, non solum propter hoc, ut ore confitens confitendo magis erubescat, ut qui ore peccavit, ore purgatur, sed etiam quia semper in omnibus sacramentis accipitur id, cujus est communior usus. Unde & in manifestatione peccatorum convenit ut verbis, quibus homines communiter & expressius suos conceptus significare consueverunt. Si præceptum hoc adest, confessio per literas facta valida haberi non potest; neque enim conversus, & absolutus Penitentiae Sacramento existimari potest, qui dum Clavium potestati peccata exhibet, contra ecclesiæ præceptum agit. Immo peccat mortaliter, inquit Alphonsus de Ligorio lib. 6. n. 493. qui extra necessitatem totam confessionem scripto, vel nudo facti, ac consequenter non absolvit. Itaque opinio supra ab Autore exposita ut improbabili rejicienda est. Caveant itaque confessarii, ne facile confessiones scriptas admittant, ut soli ipsi legant, & penitens nihil dicat, nisi foras dum Confessarius peccata scripta legat, penitens interrogatus ea se commississe fateatur, ad singula respondendo; ut monet Auctor Theol. Petrocrosensis.

Absens etiam invitus extra confessionem sacramentalem potest absolvi à censuris, quia cum valeant censuræ in absentes late, à fortiori valebit eorum absolutio absentibus data. Est communis cum Pithing in jus canon. lib. 5. tit. 39. n. 164. Anaclet. l. 5. dec. tit. 39. §. 8. n. 267. Pac. Jordan. elucid. l. 14. tit. 2. n. 180. Sic etiam absens potest dispensare ab irregularitate, ut S. Cong. Conc. die 27. Febr. 1666. in una Andegavensi dispensationis respondit, Absentiam hujusmodi non obstat.

ABSOLVERE, ABSOLUTIO.

ARTICULUS I.

Absolutio à quibus, & de quibus dari possit, vel non possit.

SUMMARIUM.

- 1 Erascori à quibus non possint absolvere, ad n. 4.
2 A quibus, & quos possint absolvere, ad n. 7.
3 Assignantur qui in jure censentur legitimi impedimenti adire Pontificem, ad num. 25.
4 Impediti personaliter adire Pontificem vel Episcopum qualiter absolvi possint, ad num. 28.
5 Prælati Regulares, quas facultatem habeant absolvendi suos subditos, ad num. 40.
6 Quas item Confessarii Regulares in foro conscientie absolvendi seculares, ad num. 47.
7 Quas demum quilibet Sacerdos absolvendi quemlibet in articulo mortis, ad num. 57.
8 Absolutio extra articulum mortis à quibus & in quo casu dari possit, ad num. 62.

Episcopi non possunt absolvere à casibus, & censuris publicis reservatis Summo Pontifici ex cap. Cum inferior de majorit. Sobed. Neque à casibus, & censuris occultis in Bulla Cœnæ contentis, & maxime hæresi, ut clare deducitur ex verbis ipsius Bullæ Cœnæ §. 21. ubi expresse

Episcopi est adempta facultas absolvendi à casibus in ipsa Bulla reservatis, quomodocumque etiam si per cujuscumque Concilii decreta prius concessa. Ceterum, dicit Bulla, à prædictis sententis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo, cautione præstita, absolvi possit, etiam præterit quorumvis facultatum, & in quibusvis quibuscumque personis secularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militaribus Regularibus, etiam episcopali, vel alia majori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, & Dominicis, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & aliis locis piis, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cujusvis Concilii decreta verbo, literis, aut alia quacumque scriptura in genere, vel in specie concessorum, & innovatorum, ut concedendorum, & innovandorum.

Unde cum nullum Concilium nisi Tridentinum sess. 24. de reform. cap. 6. concesserit Episcopis facultatem absolvendi à reservatis occultis, manifeste patet, quod Bulla Cœna, quantum ad casus in ipsa contentos, revocavit, & revocavit facultatem Episcopis à Concilio concessam, aliis superflua essent verba illa Bullæ, ac cujuscumque Concilii decreta; Et sic teste Barbosa de offic. & potest. Episcop. p. 2. allegat. 4. n. 24. Pignatell. tom. 1. consult. 297. Pegna, Piasce. Fagnan. & alii, declaratum est à Pio V. Gregorio XIII. & Clemente VIII. & pluries à Sac. Congregat. Concil. præsertim die 21. Augusti 1609. die 7. Julii 1617. die 5. Novemb. 1644. & ut refert Delbene, præcis his verbis: Congregatio censuit huic decreto Concilii Trid. sess. 24. cap. 6. de reform. non tantum in crimine hæresis, sed in omnibus casibus comprehensis in Bulla Cœnæ Domini Pii V. esse derogatum; Et clarissimè ultimo constat ex decreto Alexandri VII. de anno 1665. 24. Septembris damnantis hanc propositionem tertiam in ordine: Sententia asserens Bullam Cœnæ solum prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. 18. Junii in Consistorio Sac. Congr. Eminentiis: Cardinalium vix & tolerata est.

Possunt tamen Episcopi absolvere à casibus occultis reservatis Summo Pontifici extra Bullam Cœnæ ex Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 6. ubi habentur præcis hæc verb. Licet Episcopi, in quibuscumque casibus occultis etiam Apostolicæ Sedis reservatis delinquentes quorcumque sibi subditos in Diocesi sua per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientie gratis absolvere.

Et impedito personaliter adire Pontificem, vel in perpetuum, vel ad longum tempus, possunt Episcopi directè absolvere pro utroque foro etiam ab omnibus casibus publicis reservatis Papæ, à jure, aut ab homine etiam hæresi, & in Bulla Cœnæ contentis; c. Mulieres, c. Ea noscitur, c. De cetero, c. De Monialibus tit. 39. de sent. excom. Est autem advertendum, quod si impedimentum est perpetuum, absolventur sine ullo onere comparandi. Si tamen impedimentum est solum ad tempus, debent absolvi cum onere adendum Pontificem cessante impedimento, non ad obtinendam absolutionem, cum jam sint directè, & plenè absoluti, sed ad obediendum mandato Papæ, c. Ea noscitur, c. Quamvis; 8. de sent. excom. aliàs non comparando elapso impedimento reincidunt in aliam similem excommunicationem ex c. Eos qui, de sent. excom. in 6. c. De cetero tit. 39. de sent. excom.

Quinam autem censeantur in jure legitime impediti adire Pontificem, istis sequentibus quatuor versiculis, pro facilliori omnium captu, ostenditur. Regula, mors, æger, hostis, puer, officialis, Delitiosus, inops, ægerque, senexque, sodalis, Janitor, adstrictus, dumbus, cause, levis ictus, Debitis, absolvi sine summa Sede merentur. Per ly Regula, intelliguntur Regulares, qui possunt absolvi à suis Prælati Generalibus, & Provincialibus ex variis Summorum Pontificum constitutionibus, & præcipue

ex const. Sixti IV. incipient. Regimini; Pauli III. Licet debitum; & S. Pii V. incipient. Romani Pontificis, & alia ejusdem inopi. Dam ad Congr. Per ly Mors, intelliguntur constituti in mortis articulo, c. Quamvis 58. de sent. excom. Per ly Sexus, intelliguntur mulieres, que ob fragilitatem sexus sunt specialiter dispensatæ, c. 13. Ea noscitur, & c. Mulieres de sent. excom. Per ly Mortis, intelliguntur, qui propter inimicorum capitales insidias nequeunt sine periculo occisionis, aut alterius gravis damni iter assumere, c. De cetero, & c. Quamvis de sent. excom. Per ly Puer, intelliguntur pueri, qui ratione suæ puerilis ætatis non sunt capaces longi itineris, c. Pueri de sent. excom. Per ly Officialis, intelliguntur illi, qui ex officio turbam arcendo Clericos percutiunt etiam aliquantulum culpabiliter, c. Veniens 16. & c. Cam voluntate 54. de sent. excom. Per ly Delitiosus, intelliguntur illi, qui sunt ita delicatæ complexionis, ut laborem adendum Sedem Apostolicam nequeant sustinere, c. Mulieres de sent. excom. Per ly Inops, intelliguntur, qui sunt ita pauperes, ut sua inopia impediti nequeant Pontificem adire, cap. Quamvis de sent. excom. Per ly Æger, intelliguntur infirmi, & valedudinarii, c. Ea noscitur, c. Quamvis de sent. excom. Per ly Senex, intelliguntur omnes, qui ratione senilis ætatis laboriosum iter nequeunt sustinere, c. Ea noscitur, & c. Quamvis de sent. excom. Per ly Sodalis, intelliguntur Clerici viventes in communi in eodem Collegio, qui si se mutuo percutiant, possunt ab Episcopis suis absolvi, nisi forte ratione enormitatis delicti gravior poena eis debeat, ut colligitur ex c. Quamvis de vita & honest. Cleric. Per ly Janitor, intelliguntur Ostiarii, qui præterit, & causa sui officii Clericos malè percutiunt; c. Veniens 16. & c. Cum voluntate 54. de sent. excom. Per ly Adstrictus, intelliguntur, qui non sunt sui Juris, sed subiacent alterius potestati, ut servi, & filii familias, qui invit dominis, & parentibus nequeunt adire Pontificem, ex c. Mulieres, & c. Relatum de sent. excom. Per ly Dubius, intelliguntur, qui dubitant, an revera Clericos percuterint, & nequeunt se certificare, licet ab aliis pro talibus censeantur, c. Cum desideres §. 2. de sent. excom. Per ly Levis ictus, intelliguntur qui leviter Clericos percutiunt, isti enim possunt à suis Episcopis respectivè absolvi ex cap. Pervenit de sent. excom. Per ly Debilis, intelliguntur, qui ratione debilitatis virium labores itineris sustinere non valent, c. Quamvis 58. de sent. excom. Per ly Causa, intelliguntur omnes illi, qui habent aliquam justam causam, propter quam rationabiliter censeantur non posse adire Pontificem, c. De cetero, & c. Ea noscitur de sent. excom.

Impediti personaliter adire Pontificem non tenentur mittere Procuratorem, vel scribere ad sacram Penitentiarium pro obtinenda absolutione à casibus, & censuris Papæ reservatis, quia jura prescribunt solum, ut rei personaliter adeant Pontificem, & ubi lex non aggravat, neque nos aggravare debemus Penitentes ultra id, quod à jure exigitur. Sic comm. DD. cum Barbosa part. 2. de offic. & potest. Episcop. alleg. 41. num. 7. Et si impediti adire Pontificem, sint etiam impediti adire Episcopum, probabilius non possunt à casibus publicis reservatis Papæ absolvi in foro conscientie à Parocho, aut à Confessario: sicuti etiam impediti adire Episcopum pro casibus diocesanis sibi reservatis publicis, non possunt absolvi ab inferiori extra casum necessitatis, quia jura in dictis impedimentis pro casibus Papæ reservatis concedunt recursum ad solum Episcopum, & pro casibus reservatis Episcopis ad nullum alium inferiorem reperitur concessus pro absolutione recursus, cum non sit tam difficilis personalis accessus ad ipsum, uti communis tenent DD. cum Leandro de censur. sr. 2. disp. 117. q. 62. Suarez disp. 30. de penit. sect. 3. Felix Potest. tom. 1. p. 4. m. 3352. & 3387. Vasquez, Bonaclina, Navarr. Mastrius, Lugo, & alii teste P. Viva ad propos. 3. Alexand. VII. sub n. 7. ubi dicit in praxi non esse recedendum ab hac nostra sententia, quavis probabiliter censeat contrariam opinionem, quam tenent Reiffenst. lib. 1. de cr. tit. 7. n. 397. Perez, Dicastil. Bosius, Palaus, Tambur, & alii.

Prælati Regulares, ut Generales, & Provinciales, possunt absolvere suos subditos ab omnibus casibus, à quibus

bus possunt Episcopi absolvere suos diocesanos, cap. Ab-  
 bates de privi. in 6. & consiti. S. Pii V. incip. Romani  
 Pontificis. Immo possunt absolvere suos subditos etiam ab  
 omnibus casibus in Bulla Coenae contentis, quinque solum  
 exceptis, scilicet Schismate, Hæresi cum relapsu, Falsifi-  
 catione literarum apostolicarum, Delatione prohibitorum  
 ad Infideles, & Conspiratione in Romanum Pontificem ex-  
 cont. Sixti IV. incip. Exponi nobis fecisti, Pauli III. in-  
 cip. Licet debitum, & S. Pii V. incip. Dum ad Congreg.  
 31 Cassinensium. Quæ S. Pii V. constitutio pro Cassinensi-  
 bus, cum quibus communicant ceteri alii Regulares, am-  
 plissimam facultatem concedit Prælati Regularibus in  
 suos subditos, cum, ut eam legenti patet, complectatur  
 etiam casus publicos pro utroque foro, & nullum alium  
 casum excipiat, nisi homicidium voluntarium injustum,  
 & mutilationem commissam post ingressum in Religio-  
 nem. Adeo majorem, & ampliore facultatem absol-  
 vendi, & dispensandi habent Prælati Regulares in suos  
 subditos, quam Prælati seculares in suos diocesanos, ut  
 refert Sanctioris de penis cap. 18. q. 3. in tomo typis  
 dato Romæ 1649. ex responso habito à Domino Coccino  
 Rotæ Decano, & Sacra Penitentiariæ Regente, cum su-  
 pra quibusdam casibus sibi à diversis commissis ipsum  
 consulisset, Miror, respondit ei Decanus & Regens,  
 miror quod vos ad sacram Penitentiariam confugiatis,

Cum Bulla in Cena Domini plura comprehendat capitula etiam externæ disciplinæ sub censura reservata Summo Pontifici, patet fieri hic expedit illa, ex quibus aliquod in Regalias sequatur præjudicium, Vassallos Catholice Majestatis obstringere haud valere, ex defectu materiæ censuram recipiens (1): Nam eoquod jurisdictionis ecclesiasticæ circumscripta inveniatur intra suos limites, quos in temporalibus, juxta sacrorum Canonum statuta, transgredi non licet: nil mirum impune posse à Principibus secularibus ei resisti, præsertim quum Regalia turbantur (2); quapropter passu quo priscis temporibus casus in offensionem illarum, jurisdictionis Tribunalium, & Magistratum secularium, virtute censurarum in Cena Domini occurrerant pluries legitur, supplicationem & harum reclamacionem interpositam fuisse, & non nisi in prædictis censuris fundatas. Quid olim, nostrisque etiam temporibus contigisset, ad omnium instructionem inseritur infra (3).

(1) R. Prov. 16. Mart. an. 1768. Ibi: Siendo estos los pretensos agravios, ó ofensa de la inmunidad, ocurridos en Parma, se deduce con claridad, que aquellos Soberanos, cuya piedad es bien conocida, no han hecho otra cosa, que usar de su derecho en la publicacion de estos Edictos para la felicidad de sus vasallos; que no hay ofensa, ni inmunidad, ni exaigitud en la referencia de los hechos, y falta materia sobre que recaiga la censura.

(2) Ead. §. inmed. En tales casos siendo la potestad civil perfecta, y suficiente en si misma para sostener sus propias regalías, y autoridad, no puede, ni debe permitir que se publiquen tales Monitorios, ni escandalice con ellos á los Pueblos, relaxandoles, como se vé en éste, de la obligacion de obedecer á su propio Soberano, y autozizandoles para la insurreccion:...

(3) Circ. ej. diei: Habiendose visto en Consejo pleno el Recurso introducido por los Señores Fiscales en 14. de este mes, con motivo de haberse divulgado en el Reyno algunos exemplares del Monitorio, ó Breve de 30. de Enero de este año, que parece haberse fijado en Roma contra el Ministerio de Parma, sus Regalías, y derechos; ha acordado expedir la Provision, de que acompaño un exemplar á V. para que por su parte cuide, y dé las providencias mas efectivas á su puntual, y exacto cumplimiento, sin omitir alguna, ni permitir que por los Ecclesiasticos se propaguen exemplares impresos, ó manuseritos, que turben los ánimos, y tranquilidad pública del Reyno, ó las Regalías de éste.

2 Como el Monitorio citado de 30. de Enero se funda principalmente en las censuras anuales, llamadas in Cena Domini, que se hallan suplicadas, y reclamadas en los Estados Católicos en todo quanto ofenden la Soberanía, y Jurisdiccion de los Tribunales, y Magistrados Reales; desde que en ellos se afadieron contra su primera formacion las clausulas que contienen el perjuicio indicado de la potestad civil, se tuvo el mayor cuidado en estos Reynos en impedir su publicacion, y uso.

3 En su consecuencia á 28. de Enero de 1551. de orden del Señor Emperador, y Rey D. Carlos I. se mandó castigar al Impresor que habia intentado imprimir en Zaragoza dicho Monitorio in Cena Domini, publicandose

cum in vestris privilegiis majorem Penitentiaria facultatem habeatis.

Nec potest dici, quod ista tam ampla privilegia Prælatorum Regularium sint revocata, quia sunt solum revocata quoad facultatem absolventi seculares, non autem quoad suos subditos, ut patet percurrere exactè omnes Bullas derogativas privilegiorum regularium, quarum nulla revocat supradictam facultatem eis concessam pro absolute, & dispensatione suorum subditorum. Motivum enim, quo Summi Pontifices concesserunt Regularibus hanc amplissimam facultatem, fuit, ut patet ex his præcisè verbis, ut dicit Ordinis Professoribus omnis vngandi tollatur occasio, & ad Sedem Apostolicam recurrendi subtrahatur pro posse necessitas &c. quod motivum semper subsistit, & à Summis Pontificibus semper intenditur, eo vel maxime cum sit desumptum ex jure communi Canonico cap. Cum singula de prebendi in 6. cap. Ut periculosa, Ne Clerici, vel Monachi in 6. & cap. Cum illorum de sent. excomm. §. Si Claustales.

Immo Julius II. die 27. Februarii 1510. in sua constit. incip. Julius II. Sc. Thome de Vio &c. Exponi nobis fecisti, declaravit expresse, quod non obstante Bulla Coenæ, quæ singulis annis renovatur, & legitur, possint Prælati Regulares juxta sua privilegia absolvere licite perpetuè temporibus ab omnibus casibus in ea contentis.

Vando á este fin el Virey de Aragon, con intervencion de la Real Audiencia.

4 En 1572. se reclamó tambien por la de Cataluña, haciendose presente al mismo Señor Carlos I. la novedad con que en este Monitorio in Cena Domini se habian introducido clausulas opuestas á las Regalías, y Jurisdiccion Real.

5 En 1577. se formalizó suplicacion especifica de orden del Señor Felipe II. prohibiendo su admision en el Reyno; y lo mismo hizo repetir en el Pontificado de Gregorio XIII.

6 Con motivo de haberse hecho publicar en la Cathedral de Calahorra el citado Monitorio in Cena Domini, y fixar Cedulones en ella contra el R. Obispo de orden del Nuncio de su Santidad, le hizo salir inmediatamente de estos Reynos el mismo Señor Felipe II.

7 Las Cortes del Reyno, experimentando aún la tenacidad de la Curia Romana de insistir en esta publicacion, y turbar los recursos protectivos á los Tribunales Reales en consecuencia de dicho Monitorio anual in Cena Domini, recurrieron al mismo Señor Rey en 1593. y de resultas se publicó la Ley 80. tit. 5. lib. 2. de la Recopil.

8 Queriendo usar de estas censuras in Cena Domini el R. Obispo de Pamplona D. Toribio de Mier contra los Tribunales de Navarra en perjuicio de las Regalías, se ventilo esta materia con el mayor pulso, y detenido examen; y oido sobre ella, así el R. Obispo, como el Señor D. Josef Ledesma, Fiscal del Consejo, en una docta alegacion, demostró estar suplicado, y no admitido en España, ni aun en los demás Estados Católicos dicho Proceso, ó Monitorio in Cena Domini.

9 La resolucion tomada en esta famosa controversia resulta de la Cedula despachada por el Señor Carlos II. á 2. de Noviembre de 1604. dirigida al mismo R. Obispo, en que le previene S. M. lo siguiente:

10 Que para defender la jurisdiccion, que entendia tener en el conocimiento de la inmunidad que se disputaba, no era menester pasar á los terminos que habia practicado, declarando incursos en la censura de la Cena, que no estaba admitida en sus dominios, los Ministros del Consejo de Navarra.

37 Bulla in Cena Domini non esset facta, nec fieri. Et ut ex Peregrino, & Naldo refert Peyrinus in consiti. 6. Julii II. num. 21. Sacri Congregat. Episc. & Regul. factio verbo cum Sanctissimo Clemente VIII. absolute decrevit, quod omnes bullæ, & decreta derogatoria privilegiorum regularium quantum ad facultatem absolventi à casibus Papæ reservatis, sunt intelligenda solum in ordine ad seculares, non autem in ordine ad suos subditos regulares. Vide verb. Prælati Regularis à n. 22. ad 29.

Utque non deficiat specialis casus Indicis in dominiis circa inadmissionem relatæ Bullæ, particularis conceditur ann. 1687. contingens: Episcopus videlicet Caraqueus constitutiones synodales efficere intendens, illam de verbo ad verbum in eis inclusit, ita ut singula capita normam constituerent, unumque corpus cum eisdem ex quibus synodales constabant, effecti; hisce ergo recognitis in Supremo Indiarum Consilio, ut imposterum haud publicentur fuit statutum. (1)

11 El Señor Felipe V. á consulta de la Cámara de 17. de Mayo de 1745. en nuevas competencias suscitadas en Pamplona, mandó decir en Cédula de la 14. de Noviembre del mismo año al R. Obispo que á la sazón era, casi en iguales términos:

12 "Que en adelante tuviese la debida atencion en que su Provisor no se sirviese para fulminar censuras de Bulas suplicadas, reclamadas, y no admitidas para extender su jurisdiccion contra la comun inteligencia que se les dá, segun la práctica y costumbre de estos Reynos; y ser á S. M. reparable, que se olvidase la Real Cédula que se expidió en 2. de Noviembre de 1694. dirigida á su antecesor D. Toribio de Mier, en que se le previno expresamente á consulta del Consejo, que la Bula de la Cena no estaba admitida en estos Reynos."

13 En otra Resolucion, á consulta del Consejo de 27. de Enero de 1746. con ocasion de la competencia del Provisor de Huesca con la Real Audiencia de Aragon, se sirvió el mismo Señor Rey resolver en esta forma: "Como parece; pero previniendo al Provisor D. Joseph Segoviano de Obregon será de mi desagrado, que se proceda con la ligereza, que ha manifestado en el caso presente, á fulminar censuras contra mis Ministros en el ejercicio de las funciones de su ministerio, con pretexto de la Bula de la Cena, que no está admitida en mis dominios." Cuya resolucion se publicó en Consejo-pleno á 26. de Abril del propio año.

14 Habiendo la Signatura de Justicia intentado circunscribir un Auto de fuerza de la Real Audiencia de Galicia en cierto Pleyto, sobre la Abadia de Villa vieja, fundada en los mismos principios del Monitorio in Cena Domini, con noticia que tuvo el Consejo-pleno, hizo consulta á S. M. en 12. de Enero de 1751. proponiendo entre otras cosas, se pasasen oficios con S. S. para que se tildease y borrarse en los Registros de aquel Tribunal Pontificio una determinacion tan ofensiva de las Regalías de esta Corona; y conformándose con el parecer del Consejo el Señor Fernando VI. de augusta memoria, dió las ordenes mas eficaces á sus Ministros para reparar este agravio de la Regalia y uso de alzar las fuerzas, reconocido por el Cardenal Alexandrino, especial Legado de S. Pio V.

15 Con este motivo, á consulta del Consejo, se previno por punto general á todos los Arzobispos, Obispos, y demas Prelados de España, "que mientras se traten los recursos de fuerza, ó retencion en los Tribunales Reales, no admitan Bulas ó Rescriptos algunos, que impidan, embarquen ó revoquen sus resoluciones; si que los remitan al Consejo ó Tribunales donde se tratare de ellos, sopena de incurrir en el desagrado de S. M."

16 Al mismo tiempo se sirvió el Señor Fernando VI. añadir en su Resolucion la prevencion siguiente:

17 "Y asimismo informará el Consejo, si convendrá se ponga en práctica en estos Reynos lo que se observa en el Consejo de Indias con las Bulas, Breves, ó Rescriptos, expedidos para aquellos dominios; y espero de su zelosa actividad continúe en contener los abusos que en estos asuntos se ofrezcan, y en proponerme lo que

Nec officit quod de stylo Curia, seu Sacra Penitentiaria soleant quandoque Regulares recurrentes ab ipsa absolvi, & dispensari super aliquos ex casibus Papæ reservatis quia ut perdoctè ait Donatus 12. p. 1. 1. 13. q. 17. n. 26. vel id fit ad uberiorem cautelam, vel quia recurrentes facultatem suorum Prælatorum ignorant. Nec per hoc quod Sacra Penitentiaria absolvat, & dispense Regulares, si qui ad ipsam recurrant, sequitur, quod non sit in Prælati Regularibus potestas pro hujusmodi absolutiombus; & dispensationibus in suos subditos. Sicuti nec id

Inf-

"considerare puede conducir para su remedio."

18 Intentó la Rota en otro pleyto de retencion de Mallorca circunscribir las determinaciones de los Tribunales Reales de España en punto á retenciones; y el Consejo-pleno consultó á S. M. reynante en 9. de Agosto de 1764. iguales oficios, pidiendo satisfaccion de este agravio, con lo qual se conformó el Rey, para conservar ílesas sus Soberanas Regalías.

19 En el año de 1766. Lorenzo Guerra, vecino de Fuensalida, quiso libertarse del alojamiento de dos Voluntarios, con pretexto de que habitaba en su casa su sobrino D. Ventura Guerra, Presbitero: habiendo el Parroco tenido osadia de declarar al Alcalde incurso en las censuras in Cena Domini; y justificado el hecho por el Alcalde Mayor de Toledo, visto en el Consejo por Auto de 11. de Agosto del mismo año, se pasó Acordada en 18. al M. R. Cardenal Arzobispo de Toledo, á fin de que zelase de que no se use de las censuras suplicadas, llamadas in Cena Domini, dando para ello las ordenes necesarias, y avisando al Consejo, como lo hizo en 15. de Diciembre, expresando, que luego que recibió el oficio del Consejo, puso en execucion quanto resolvió á instancia de uno de los Alcaldes de Fuensalida; y añade lo siguiente:

20 "Y aun antes tenia practicada igual diligencia, luego que á representation de los mismos entendí el negocio, reprehendiendo seriamente al Cura el exceso de haber declarado á uno de los Alcaldes incurso en las censuras de la Bula in Cena Domini, de las quales de ningun modo se acostumbra usar en este Arzobispado."

21 Un testimonio tan autorizado basta para satisfacer á los que por falta de instruccion no han discernido en esta materia, y ese es el general dictamen de los Prelados de estos Reynos.

22 Todos estos antecedentes, omitiendo otros muchos, la constante tradicion de los Jurisconsultos del Reyno, y la práctica de los Tribunales Superiores de él, demuestran, que en España no tienen fuerza alguna las censuras de dicho Monitorio in Cena Domini, en quanto perjudican la autoridad independiente de los Soberanos en lo temporal, ó impiden las funciones de sus Magistrados, facilitan las pretensiones de la Curia Romana, y turban la tranquilidad de los Estados, á que tanto conduce la harmonia del Imperio y Sacerdocio.

23 Y aunque el Consejo no duda que la instruccion de V. y zelo al servicio del Rey, tendrá presentes estos sólidos hechos en asunto tan grave, sin embargo de su orden lo participo á V. á fin de que se arregle á las Reales Resoluciones que van citadas, sin permitir por manera alguna que en esa Diócesis, ó Provincia publiquen, ni aleguen semejantes Monitorios anuales in Cena Domini, debiéndoles considerar como retenidos, y sin uso en quanto ofendan la Regalia: pues el Consejo no podria mirar con indiferencia qualquiera infraccion de tan soberanas, y reiteradas determinaciones.

24 De quedar V. en esta inteligencia, para que le sirva de noticia y direccion en los casos ocurrentes, me dará aviso para hacerlo presente al Consejo.

(1) Aut. an. 1687. Siendo las Constituciones 84. 85. 86. 89. y 90. deducidas de la Bula de la Cena de la

sequeretur, si aliquis Regularis facultatem sui Prælati ignorans recurreret ad Episcopum, & Episcopum ipsum absolveret, & dispensaret; uniusquisque enim utitur iure suo, ut notavit Felix Potest. t. 1. p. 4. c. 5. n. 3422. & Portell. verb. Dispensare n. 28. Viva tamen ad prop. 4. Alex. VII. num. 7. refert ex Mendo Sac. Cong. Card. 17. Novemb. 1628. declarasse non posse Prælatos Regulares absolvere ab hæresi occulta suos subditos. Unde vide verb. Prælati Regularis n. 30. & tene sicur ibi: & verb. Irregularitas art. 3. à n. 17. ad 20. (vid. add. hisp. in verb. Forum, vers. Qui vero, & Inquisitionis tribunal.)

41 Confessarii Regulares possunt in foro conscientie absolvere seculares ab omnibus casibus & censuris reservatis Papæ ex constit. Pauli III. incip. Cum inter cunctas de anno 1545. 3. Julii, exceptis tamen contentis in Bulla Cæne, ut expressè excipit dicta constitutio his verbis *Exceptis contentis in Bulla, qua in die Cæne Domini solita est legi.* Exceptis etiam casibus reservatis Episcopis in suis respective diocesiis, ex decreto Sac. Cong. Concil. 10. Sept. 1577. ex const. Clementis X. incip. Superna, & Alexandri VII. damnanæ sub die 24. Sept. 1665. hanc propositionem: *Mendicantes postquam absolventur à casibus Episcopo reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate;* ex Sac. Cong. Conc. in Andrien. 24. Nov. 1710. in eadem 24. Januarii 1711. in Colonien. 16. Nov. 1720. Et denique etiam exceptis intra Italiam, & extra Urbem aliis sex dictis Clementinis, ex quo de mandato expresso Clementis VIII. fuerint reservati à Sac. Cong. Episc. & Regul. in declaratione sui decreti editi die 9. Januarii 1601. facta per aliud decretum editum anno immediate sequenti 1602. 26. Novemb. quod est, ut sequitur.

42 "Cum autem dubia quedam, ac difficultates circa ejsdem decreti interpretationem, atque observationem emerissent, eadem Sacra Congregatio, ne ullus deinceps obscuritati, scrupulo, ambiguitati locus relinquatur, & clarius appareat, in quibus casibus, vigore ejsdem decreti reservatis, intelligatur prohibita absolutio, & specialiter mandato ejusdem S. D. N. Clementis Papæ VIII. similiter vivæ ejusdem oraculo super ea re habito, ipsum decretum ita moderatur, & declarat, videlicet sub eisdem prohibitione illos tantum imposterum comprehendendi casus, qui in Bulla die Cæne Domini legi consueti continentur. (vid. prox.)

43 "Ac propterea violationis immunitatis ecclesiasticæ in terminis Gregorii XIV. violationis clausuræ monialium sed malum finem: provocantium, & pugnantium in duello juxta decr. Concil. Trid. & const. Gregorii XIII. incip. Ad tollendum. Injacentem violentas manus in Clericos juxta Canonem: *Si quis suadente diabolo 17. n. 4.* ac juris dispositionem: *Simoniaci realis scienter contra: Atque etiam confidentia beneficialis.* Item omnes casus, quos Ordinarii locorum sibi reservarunt, vel imposterum reservabunt. In quibus omnibus jam enumeratis casibus dumtaxat, & sublata etiam pœna inhabilitatis audiendi Confessiones, eadem Sac. Congreg. vult, & mandat, dictum decretum in sua firmitate, & pristino robore permanere, ac propterea declarat, eos quidem Sacerdotes, tam Seculares, quam Regulares, qualescunque ex privilegiis, indulgentiis, & facultatibus in supradicto decreto expressis suffulti fuerint, posse juxta eorum privilegia, indulgentias, & facultates, usu ante idem decretum receptas, & quæ sub aliis revocationibus non comprehenduntur, tantum, & non aliàs absolvere à casibus in presenti declaratione non comprehensis, aliis vero Sacerdotibus hujusmodi privilegia non habentibus nihil

Sufficiat equidem pro coronide presentis materie aliquantulum ornata, & elucidata, publicè jam patere, Bullam cujus fit mentio, non publicari (ut moris erat Romæ) in nocte Cæne Domini, ex tempore presentium Summi Pontificis D. Gregor. XIV.

Santidad de Alexandro VII. en que se impiden los recursos, y extrajudicial conocimiento de las fuerzas, vulnerándose otras muchas Regalias de S. M. y la natural defensa de los Vasallos, no ha lugar al pase de las citadas Constituciones, para que la referida Bula en lo que mira á los capitulos que se han formado, expresados en ella,

de novo concedit: hæc sunt verba præcisa decreti quantum ad nostrum propositum.

44 Unde cum S. Cong. de speciali mandato Clementis VIII. in hoc decreto excipiat solum à facultate absolventi casus contentos in Bulla Cæne, casus reservatos Episcopis, & alios recensitos sex intra Italiam, & extra Urbem, & quoad omnes alios positive, expressè confirmet facultatem omnimodam absolventi, quam Regulares, & alii privilegiati habeant ante decretum incip. S. Cong. emanatum de mandato ipsius Clement. VIII. die 9. Jan. 1601. evidentiissimè sequitur, posse Regulares (ex dispositione hujus decreti, quæ attentè est perpendenda) absolvere ab omnibus aliis casibus Papæ reservatis, quia revera liberè, & sine contradictione hanc facultatem in usu habebant ante dictum decretum ex constit. Pauli III. emanata 3. Junii 1545. incip. Cum inter cunctos, adeoque nullus remanet ambigendi locus de hac Regularium facultate.

Hic juvat adducere decretum Clem. XI. quo omnibus Confessariis etiam Penitentiaris Basilicarum Urbis, & aliis privilegiatis interdicitur, ne penitentes à quibusdam censuris, & casibus Apostolicæ Sedi reservatis absolvant, & absolutiones, si forte obtenta fuerint, nullas, ac irritas declarantur.

45 "Quoniam Sanctissimus Dominus noster Clem. XI. pro pastoralis in commissum sibi gregem zelo, & pro ecclesiasticæ disciplinæ recta ratione conservanda deputavit Cong. particularem Eminentissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium Sancti Clementis, Paulini Majoris Penitentiaris, & Fabroni, nec non RR. PP. Cardinalium Sanctissimæ Sæc. Auditoris, mei infrascripti S. Cong. Conc. & hujus deputatæ Secretarii, ac RR. PP. Damascenti Consultoris Sancti officii, & Alfari Consultoris Theologi S. Penitentiaris; Eadem Cong. considerata reformatione facultatum officii Sac. Penitentiaris à felici recordatione Innoc. XI. in ejus constit. edita 3. Septemb. 1692. censuit, si Sanctissimo placuerit, præcipiendum esse omnibus, & quibuscumque Presbyteris tam secularibus, quam regularibus in Urbe ad confessiones audiendas deputatis, ut ne imposterum etiam in foro conscientie absolvant extra mortis articulum quoscunque penitentes tam Incolas Urbis, quàm ad eam confluentes ab infrascriptis casibus, nempe casu publico violatæ clausuræ monialium ad malum, seu inhonestum finem, à presbyterico publico, & à casu publico violatæ Immunitatis ecclesiasticæ terminis constitutionis Gregorii XIV. incip. Cum alias nonnulli, & etiam in casu occulto dictæ violationis immunitatis, si fuerit secretica auctoritate publica, idque omnino servari ab omnibus, & quibuscumque Confessariis in Urbe degentibus, cujuscumque Religionis, Instituti, etiam Societatis Jesu, ac Congregationis, quacumque speciali nota explicandis, prout explicati latius fuere in decreto Sac. Cong. Episc. & Regularium die 9. Mensis Januarii 1602. sub fel. record. Clemente VIII. ac illius confirmatoris, & innovatoris sub fel. record. Paulo V. die 7. Januarii 1617. Urbano VIII. die 7. Novembris 1628. editis.

46 "Ac sub presenti prohibitione comprehenduntur etiam Penitentiaris Basilicarum Urbis, & ab omnibus Confessariis prædictis eam observari sub iisdem pœnis, & censuris, eo ipso, & absque ulla alia declaratione incurrendis, quæ continentur in præfatis decretis. Noverint quæ Penitentes absolutionem, si quam imposterum obtulerint à præfatis casibus in presenti dec. expressis, esse nullam, nulliusque roboris, & momenti, eaque omnino observari, non obstantibus quibuscumque privi-

47 "Quamvis tam ante, quam post dicta dec. tam particularibus personis, quam juxta latam derogationis formam in iisdem dec. contentam, quæ in presenti repetita censetur, & non obstantibus omnibus, quæ idem Clem. VIII. Paulus V. & Urb. VIII. voluerunt non ob stare. Rursus declarando, prout declaratum fuit in præfatis decretis, quod circa alios casus Sanctæ Sedi Apostolicæ reservatos, non expressos in presenti dec. (exceptis illis, quæ continentur in Bulla in die Cæne Domini legi consueti) ita intelligatur preservata facultas absolventi Confessariis privilegiatis in Urbe degentibus, quatenus tamen eam habeant ex legitimis privilegiis, non revocatis, & in usu existentibus, ac juxta eorum tenorem tantum exequendis. Aliis vero in Urbe Confessariis privilegiatis non habentibus, nihil de novo, sicuti per præfata decreta, ita per presentes censetur concessum. Facta per me infrascriptum hac die decima tertia mensis Maji 1711. relatione prædictæ resolutionis Sanctissimo Domino nostro; Sancti sua eam, omniaque, & singula in ea contenta cum omnibus clausulis derogatoris benigne probavit, ac inviolabiliter imposterum servari præcepit ab omnibus ut supra expressis, præsensque decretum in forma solita publicari jussit, atque mandavit. Vincentius Petra Secretarius."

48 In articulo mortis quilibet simplex Sacerdos non approbatus, quamvis sit excommunicatus, degradatus, irregularis, apostata &c. si non adsit alius Confessarius, potest quoslibet fideles à quibusvis casibus, & censuris etiam quomodocumque reservatis absolvere, quia in articulo mortis nullæ est reservatio, & Tridentinum sess. 14. c. 7. nullum excipit Sacerdotem, sed amplissimè loquitur his verbis: *Verumtamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis, atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet penitentes à quibusvis peccatis & censuris absolvere possunt.* Vide tamen verb. Sacerdos n. 38.

49 "In editione Romana anni 1767. hæc ibi adnotantur: Quamquam hæc Auditoris sententia multos sibi Patrones vindicare distiterat nemo; contrariam tamen solidioribus fundamentis inniti, & quidem magis ad mentem Concilii, omnino constat. Consulte Eminentissimi Capisuchi *Questiones Morales, quest. 1. ubi sacrorum Canonum, sanctorum Patrum, Clericorumque Theologorum, ac præcipue S. Thomæ auctoritate, adducto etiam genuino Tridentini decreti sensu, firmat, Sacerdotes hæreticos, schismaticos, notorios, & manifestos, ac excommunicatos denuntiatos non posse penitentem absolvere in articulo mortis.* Si hujus adnotationis Auctor ea legisset, quæ habentur num. 38. citato verb. Sacerdos, ad quem P. Ferraris lectorem remittit, ab hac additione tanquam omnino superflua utique supersedisset.

50 Quæ ampla potestas extenditur etiam ad probabile periculum mortis, ut tenet communior Doctorum cum Barbosa *part. 2. de offi. & potest. Episc. alleg. 25. n. 81.* In jure enim quoad rem pro eodem sumuntur periculum, & articulus mortis. *Cap. 29. Si quis suadente 17. q. 4. cap. Eos qui de sent. excom. in 6.*

51 Si in periculo, & articulo mortis adsit Confessarius approbatus, qui promptus confessionem excipiat, probabilis non potest simplex Sacerdos absolvere, ut communis sententiæ DD. quia tunc ratio, propter quam conceditur simplici Sacerdoti facultas tunc absolventi est, ut dicit Trid. cit. ne hac ipsa occasione aliquis pereat, scilicet inconfessus propter defectum Confessarii; ergo cessante tali motivo, & necessitate propter presentiam prompti Confessarii approbati, cessat facultas in Sacerdote non approbato juxta regulam quam tradit Abbas in *cap. Cum venerabilis, de consuetud. in fine.* Cum aliquid conceditur propter necessitatem, durat concessio, quatenus urget necessitas. Et deducitur etiam ex Concil. Carthagen. III. relato in *cap. Presbyter 14. Caus. 26. q. 6. Presbyter inconfessus Episcopo non reconciliat penitentem, nisi, absente Episcopo, ultima necessitas cogat:* adeoque Episcopo presentem non subsistit necessitas pro danda absolute à Presbytero, & in nostro casu à simplici Sa-

52 cerdote in presentia Confessarii approbati. Et confirmatur ex *cap. Excommunicatus, de sent. excom. inter exterranos.* ubi sic statuitur: *Decernimus etiam, ut nullus hanc incurrent excommunicationis sententiam pro prædictis, vel aliquo prædictorum oblique speciali mandato nostræ resolutionis beneficium valeat obtinere, nisi forsitan ad Nos habeat accessum non possit in mortis articulo constitutus.* Unde cum in nostro casu habeatur accessus, immò promptus sit præsens Confessarius approbatus, sequitur quod absolutio non possit impendi à simplici Sacerdote & sic declaravit Sac. Cong. Concil. ut refert Pignatelli *tom. 10. Consult. 163. num. 15.* Siquæ respondit Gregorius XIII. apud Molinam *tract. 3. de Justit. disp. 63. n. 5.* & apud Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 12. nom. 14.* ubi ex aliis testatur de communi. Vide verb. *Complex peccati.*

53 In articulo mortis si non addeset Sacerdos, nisi mortuus, an possit hic, immò an debeat scripto absolvere vel sigais, ut docet Jo. Pontius, eo quod non sit damnatum ab Ecclesia, verba non esse de essentia Sacramenti, quod affirmat Navarr. & alii; vide Dianam *part. 11. tract. 61. resol. 14.*

54 Absoluti in articulo, seu periculo mortis à casibus reservatis, qui habent annexam censuram, si convalescant, tenentur Papæ, vel Episcopo, respectivè, se presentare, mandata ipsius humiliter suscepturi, & parti læsæ prout Justitia suaserit, satisfacturi; *cap. De cetero, c. Eo non dicitur, cap. Quamvis, & cap. Quo de his de sent. excom. & expressè ex Bulla Cæne his verbis: Nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc nisi de stans do Ecclesie mandatis, & satisfaciendo cautione præstata absolvi possit, quia non nisi sub hoc onere absolvi possunt.* Quod si, elapso mortis periculo cum commode possint, non se presentent Papæ, vel Episcopo respectivè, & parti læsæ renuant, in quantum possunt, satisfacere, reincidunt in Excommunicationem, ex c. Eos qui, de sent. excom. in 6. & ex Decreto Sæcra. Congr. Episc. & Regul. 7. Dec. 1646.

55 Absoluti verò in tali periculo, vel articulo mortis à casibus reservatis, qui nullam habent annexam censuram, si convalescant, non tenentur se presentare Superiori, quia onus se presentandi, quod super præcitata jura illo articulo imponitur, est solum pro casibus reservatis habentibus annexam censuram, & exceptio firmat regulam in contrarium. Et ratio disparitatis est, quia à peccatis reservatis non habentibus annexam censuram in articulo, seu periculo mortis absolventur directè, & pro utroque foro sine ulla alia obligatione. A peccatis verò reservatis habentibus annexam censuram absolventur in articulo seu periculo mortis tantum pro foro conscientie interno cum obligatione adhuc se presentandi Superiori pro foro externo, ut mandata ejus accipiant, & se obediunt, & obsequentes ostendant Ecclesie, vel Superioribus, quibus fuerint contumaces, quod non evenit in habentibus casus simpliciter reservatos sine annexa censura. Immo si absoluti, licet non indigeant nova absolutione, ex quo prior fuerit valida, posunt tamen adhuc urgeri à Superiore, qui potest contra eos procedere, donec etiam pro foro externo absolutionem obtineant, ut pluries declaravit Sac. Cong. in *Compan. 14. Junii 1619. in Oppiden. 8. Junii 1621. & in Militen. 30. Septembr. 1622.* Vide verb. *Excommunicatio quoad absolutionem pro Foro Conscientie Sc. art. 7. num. 4.*

56 Absolutio non potest dari extra articulum mortis à Sacerdote non approbato, & non habente jurisdictionem, aliàs est nulla, *cap. Omnis utriusque 22. de pœnit. & remis. cap. Si Episc. 2. eod. tit. in 6. & Concil. Trident. sess. 23. cap. 15. de reformat.* Et à fortiori nequit dari à Laico *lib. 3. Constit. Apost. cap. 10. Leo X. Constit. 40. incip. Exurge, Conc. Trid. sess. 14. cap. 6. & Can. 10.* Unde sacramentaliter absolvens cum non sit Sacerdos, fit suspectus de hæresi, & est cogendus ab Inquisitoribus abjurare de vehementi, & licet esset minor 25. annorum, dummodo compleverit 20. est degradandus, & brachio seculari tradendus, ultimo supplicio afficiendus, ex Clement. VIII. *constit. 81. incip. Etsi aliis, & Urban. VIII. constit. 79. incip. Apostolatus officium.* Absolventi facultas delegata non potest subdelegari: *De offic.*

57 cerdote in presentia Confessarii approbati. Et confirmatur ex *cap. Excommunicatus, de sent. excom. inter exterranos.* ubi sic statuitur: *Decernimus etiam, ut nullus hanc incurrent excommunicationis sententiam pro prædictis, vel aliquo prædictorum oblique speciali mandato nostræ resolutionis beneficium valeat obtinere, nisi forsitan ad Nos habeat accessum non possit in mortis articulo constitutus.* Unde cum in nostro casu habeatur accessus, immò promptus sit præsens Confessarius approbatus, sequitur quod absolutio non possit impendi à simplici Sacerdote & sic declaravit Sac. Cong. Concil. ut refert Pignatelli *tom. 10. Consult. 163. num. 15.* Siquæ respondit Gregorius XIII. apud Molinam *tract. 3. de Justit. disp. 63. n. 5.* & apud Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 12. nom. 14.* ubi ex aliis testatur de communi. Vide verb. *Complex peccati.*

58 In articulo mortis si non addeset Sacerdos, nisi mortuus, an possit hic, immò an debeat scripto absolvere vel sigais, ut docet Jo. Pontius, eo quod non sit damnatum ab Ecclesia, verba non esse de essentia Sacramenti, quod affirmat Navarr. & alii; vide Dianam *part. 11. tract. 61. resol. 14.*

59 Absoluti in articulo, seu periculo mortis à casibus reservatis, qui habent annexam censuram, si convalescant, tenentur Papæ, vel Episcopo, respectivè, se presentare, mandata ipsius humiliter suscepturi, & parti læsæ prout Justitia suaserit, satisfacturi; *cap. De cetero, c. Eo non dicitur, cap. Quamvis, & cap. Quo de his de sent. excom. & expressè ex Bulla Cæne his verbis: Nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc nisi de stans do Ecclesie mandatis, & satisfaciendo cautione præstata absolvi possit, quia non nisi sub hoc onere absolvi possunt.* Quod si, elapso mortis periculo cum commode possint, non se presentent Papæ, vel Episcopo respectivè, & parti læsæ renuant, in quantum possunt, satisfacere, reincidunt in Excommunicationem, ex c. Eos qui, de sent. excom. in 6. & ex Decreto Sæcra. Congr. Episc. & Regul. 7. Dec. 1646.

60 Absoluti verò in tali periculo, vel articulo mortis à casibus reservatis, qui nullam habent annexam censuram, si convalescant, non tenentur se presentare Superiori, quia onus se presentandi, quod super præcitata jura illo articulo imponitur, est solum pro casibus reservatis habentibus annexam censuram, & exceptio firmat regulam in contrarium. Et ratio disparitatis est, quia à peccatis reservatis non habentibus annexam censuram in articulo, seu periculo mortis absolventur directè, & pro utroque foro sine ulla alia obligatione. A peccatis verò reservatis habentibus annexam censuram absolventur in articulo seu periculo mortis tantum pro foro conscientie interno cum obligatione adhuc se presentandi Superiori pro foro externo, ut mandata ejus accipiant, & se obediunt, & obsequentes ostendant Ecclesie, vel Superioribus, quibus fuerint contumaces, quod non evenit in habentibus casus simpliciter reservatos sine annexa censura. Immo si absoluti, licet non indigeant nova absolutione, ex quo prior fuerit valida, posunt tamen adhuc urgeri à Superiore, qui potest contra eos procedere, donec etiam pro foro externo absolutionem obtineant, ut pluries declaravit Sac. Cong. in *Compan. 14. Junii 1619. in Oppiden. 8. Junii 1621. & in Militen. 30. Septembr. 1622.* Vide verb. *Excommunicatio quoad absolutionem pro Foro Conscientie Sc. art. 7. num. 4.*

61 Absolutio non potest dari extra articulum mortis à Sacerdote non approbato, & non habente jurisdictionem, aliàs est nulla, *cap. Omnis utriusque 22. de pœnit. & remis. cap. Si Episc. 2. eod. tit. in 6. & Concil. Trident. sess. 23. cap. 15. de reformat.* Et à fortiori nequit dari à Laico *lib. 3. Constit. Apost. cap. 10. Leo X. Constit. 40. incip. Exurge, Conc. Trid. sess. 14. cap. 6. & Can. 10.* Unde sacramentaliter absolvens cum non sit Sacerdos, fit suspectus de hæresi, & est cogendus ab Inquisitoribus abjurare de vehementi, & licet esset minor 25. annorum, dummodo compleverit 20. est degradandus, & brachio seculari tradendus, ultimo supplicio afficiendus, ex Clement. VIII. *constit. 81. incip. Etsi aliis, & Urban. VIII. constit. 79. incip. Apostolatus officium.* Absolventi facultas delegata non potest subdelegari: *De offic.*

62 Absolutio non potest dari extra articulum mortis à Sacerdote non approbato, & non habente jurisdictionem, aliàs est nulla, *cap. Omnis utriusque 22. de pœnit. & remis. cap. Si Episc. 2. eod. tit. in 6. & Concil. Trident. sess. 23. cap. 15. de reformat.* Et à fortiori nequit dari à Laico *lib. 3. Constit. Apost. cap. 10. Leo X. Constit. 40. incip. Exurge, Conc. Trid. sess. 14. cap. 6. & Can. 10.* Unde sacramentaliter absolvens cum non sit Sacerdos, fit suspectus de hæresi, & est cogendus ab Inquisitoribus abjurare de vehementi, & licet esset minor 25. annorum, dummodo compleverit 20. est degradandus, & brachio seculari tradendus, ultimo supplicio afficiendus, ex Clement. VIII. *constit. 81. incip. Etsi aliis, & Urban. VIII. constit. 79. incip. Apostolatus officium.* Absolventi facultas delegata non potest subdelegari: *De offic.*

63 Absolutio non potest dari extra articulum mortis à Sacerdote non approbato, & non habente jurisdictionem, aliàs est nulla, *cap. Omnis utriusque 22. de pœnit. & remis. cap. Si Episc. 2. eod. tit. in 6. & Concil. Trident. sess. 23. cap. 15. de reformat.* Et à fortiori nequit dari à Laico *lib. 3. Constit. Apost. cap. 10. Leo X. Constit. 40. incip. Exurge, Conc. Trid. sess. 14. cap. 6. & Can. 10.* Unde sacramentaliter absolvens cum non sit Sacerdos, fit suspectus de hæresi, & est cogendus ab Inquisitoribus abjurare de vehementi, & licet esset minor 25. annorum, dummodo compleverit 20. est degradandus, & brachio seculari tradendus, ultimo supplicio afficiendus, ex Clement. VIII. *constit. 81. incip. Etsi aliis, & Urban. VIII. constit. 79. incip. Apostolatus officium.* Absolventi facultas delegata non potest subdelegari: *De offic.*

offic. & potestat. Judic. Delegat. cap. & §. fin. 61. Absolutio non potest dari a simplici Sacerdote non approbato, neque pro solis peccatis mortalibus dubiis, cum nullam habeat jurisdictionem. Immo simplex Sacerdos non est permitendus quod absolvat neque a solis peccatis venialibus, ut decrevit Innocen. XI. 12. Februarii 1679. in decreto de communione quotidiana, in cuius fine habentur præcisa hæc verba: *Non permittant, ut venialium confessio fiat simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, seu Ordinario.* (Et nulla quoque declaratur a Benedicto XIV. Constit. incipient. Apostolica. Bullar. tom. 1. num. 100.)

¶ Inallegata constit. SS. Pontifex Benedictus XIV. ad eliminandas perveras quorundam opiniones, quæ irrepserant; & ad præcavendum abusum Indulgentiarum apostolicorum, præsertim quoad facultatem eligendi Confessarium, declarat & mandat, Confessarios electos in vim Bullæ Cruciatæ, aut alterius privilegii, ab Ordinario ejus loci, in quo quis confitetur, actu approbatos esse debere. Subindeque statuit, Confessiones aliter imposturum factas, & respectivè auditas, nullas, irritas, & invalidas fore. Ideoque confessiones, & absolutiones in præmissis casibus aliter imposturum factas, & respectivè auditas seu imperitias, irritas fore, & invalidas declarat. De absolutione a peccatis venialibus in tota illa Bulla ne verbum quidem. Standum igitur primæ assertioni nostri Auctoris, qui ait, simplicem Sacerdotem non debere, neque esse permitendum absolvere a venialibus. Quod confirmatur ulterius sequentibus auctoritatibus.

1. Reliffent. theol. moral. tract. 10. dist. 8. q. concl. 4. Sacerdotibus in sua Ordinatione confertur sufficiens Jurisdictio validè saltem absolvendi quemlibet a solis peccatis venialibus. Ita communiter Theologorum. Notandum tamen, quod extra casum necessitatis non debeat de facto Sacerdos necdum expositus se immiscere audiendis confessionibus venialium, idque ob plurima incommoda, quæ inde facile possent oriri. Et hinc non immerito Innoc. XI. in allato decreto &c. injunxit Episcopis, & Parochis, ut non permittant. &c.

2. Reverendiss. de Ligorio in theol. moral. lib. 6. tract. 4. cap. 2. num. 543. Quæritur, an confessio venialium facta simplici Sacerdoti sit illicita, & invalida? Quod sit illicita, hodie certum est de cr. Innoc. XI. &c. ubi non solum vetitum fuit Episcopis, Ne permittant &c. sed etiam fuit interdictum ipsis Sacerdotibus, his verbis, quæ immediate sequuntur: *Si quicumque Sacerdos secus egerint, scient Deo se rationem reddituros.* Utrum autem talis confessio sit invalida, prima sententia communissima negat, & hanc tenent Salm. c. 11. n. 8. cum communi, ut asserunt Holzm. num. 681. Viva q. 8. art. 1. num. 6. Pal. d. un. p. 13. n. 5. La Croix n. 1489. Lugo disp. 18. num. 41. Suarez disp. 26. sect. 5. & Elbel pag. 296. num. 329. cum Mastr. Herincx, &c.

3. La Croix theol. moral. lib. 6. part. 2. n. 1489. Videtur nunc tenendum, quod ad absolvendum a venialibus prærequiritur approbatio Ordinarii; nam licet antehac ab omnibus ferè supponeretur tamquam certum, quod facultas absolvendi a venialibus esset in Ordinatione concessa omni Sacerdoti, vel jure divino, uti volebat Vasq. vel jure ecclesiastico, supposita immemorabili consuetudine; tamen nunc aliter statuit Innoc. XI. in decreto &c. ergo talis absolutio est saltem illicita. An tamen sit valida, est incertum: negant aliqui cum Platelo, sed probabilius affirmant cum Card. d. 2. tit. 6. art. 9. & 10. num. 667. quia ex hoc, quod Pontifex tantum velit prohiberi, & non permitti, non sequitur tolli jurisdictionem, vel irritari absolutionem. ¶

63. Quid importent absolutiones generales, quas Prælati Regulares in fine visitationis, & in quibusdam anni solemnitatibus dare consueverunt suis subditis Religiosis; & quid absolutiones, quæ dantur a Prælati, seu Præsidibus ante electiones capitulares: Vide verb. Prælati Regularis a num. 67. ad 73.

ARTICULUS II.

Absolutio quibus dari possit, vel non.

SUMMARIUM.

- 1. Absolutio an & qualiter dari possit moribundo, ad num. 7.
- 8. An dari possit ei, qui est in occasione proxima, ad num. 13.
- 14. An possit consuetudinario, & recidivo, ad num. 19.
- 20. Dori non debet iri, qui ignorant mysteria Fidei.
- 21. An dari possit a Confessario suo complici in peccato, ad num. 22.
- 23. Subnectuntur Supplementa Auctoris, ad num. 28.

**A**BSOLUTIO dari potest moribundo, qui petit Confessarium, licet ipso adveniente jam obmutterit, & nulla dare possit signa penitentiam. Habetur ex Concil. Araus. I. can. 12. ex Concil. Carthag. III. cap. 47. & 75. de consec. dist. 4. & ex Concil. Carthag. IV. can. 76. his verbis: *Is, qui penitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum Sacerdos incitatus venit, oppressus infirmitate obmutterit, vel in phrenesim convulsus fuerit, dent testimonium qui eum audiverunt, & accipiat penitentiam.* Id ita expressè statuitur in S. Leone Papa cap. His qui, caus. 26. quest. 6. his verbis: *Quod si aliqua agritudine fuerint aggravati, ut quod paulò ante peccabant sub presentia Sacerdotis significare non valeant, testimonia eir fidelium, & circumstantium prædesse debeant, ut simul & penitentia, & reconciliationis beneficium consequantur.* Sic etiam habetur ex Rituali Romano, auctoritate, & mandato Pauli V. edito, quod titul. de sacram. Penit. sic ordinavit: *Si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox, & loquela agro deficiat, nutibus, & signis constet Sacerdos, quoad ejus ferri poterit, peccata penitentis cognoscere, quibus utcumque, vel in genere, vel in specie cognovit, vel etiam confitendi desiderium sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est.* Ubi ly a absolvendus est, intelligendum est de absolutione sacramentali absolute impertienda, & non tantum sub conditione, nisi fortè de aliquo prædicatorum signorum certò non constet, sed dubium sit; tunc enim erit danda absolutio solum sub conditione, ne exponeret sacramentum periculo nullitatis. ¶ Sic etiam mutus absolvendum est, quavis Confessor non calleat quæ peccata per signa velit ille exprimere; nec sciat per signa eum interrogare de aliquo peccato in particulari. ¶

Absolutio probabilius dari potest sub conditione etiam moribundo, qui nullum penitentia signum dedit, nec dare potest, si ipse prius probè, & christianè vixit, & sacramenta frequentavit. Sic tenet expressè Barbosa in Collect. ad Concil. Trident. sess. 14. de sacram. Penit. cap. 3. num. 2. citans pro hac sententia Vivald. Anton. de Literatis, Homobon. de Bausto, Molfes. Carol. de Baucio, & Bartholom. de S. Fausto. Idem docent Marcant. Herincx, Pontius, Borco, Bassæus, Anactet. Felix Potestas, Schilder. tract. 6. num. 39. citans Gregorium XV. in suo memoriali Confessariorum, quod edidit, quando erat adhuc Archiepiscopus Bononiensis, S. Antoninus, & Sacerdotale Rom. pag. 264. dicens: *Posse absolvi moribundum assuetum frequentare confessionem, quavis repentino casu oppressus sacramentum non petierit.* Hanc sententiam vocat nunc communem Moya q. 4. Pro qua refert sexdecim Auctores, qui eam absolute tenent, & alios longè plures, qui defendunt ut probabilè, & præcepto charitatis in praxi tenendam, ad quos accedunt Gobat. Tambur. Escob. Card. Aversa, Quarti, Arched. Sporer. Bonagrath. Gormaz, & alii. Et probatur ratione, quia vita christiana atque catholica hæcenus probè, & publicè peracta in hujusmodi casu, ac extrema necessitate talis moribundi, est sufficiens accusatio sui, & confessio, cum alia major fieri nequeat; adeoque potest sub conditione absolvi: antecedens probatur, quia

quia ille, qui petit confessionem, vel saltem dedit signa petite confessionis, potest in mortis articulo absolvi; sed homo christianè, & catholicè vivens, cum ipso petit, deditque signa confessionis pro mortis articulo petit, adeoque &c. Minor probatur, quia per decursum totius vite christianæ sapius, ac præsertim frequentando sacramenta ecclesie, vel faciendo consuetum examen conscientia, immò & devotè pluries orando: *Pater noster, & Ave Maria, per ly dimitte nobis debita nostra, vel oia pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostra, fatentur se peccatores, petuntque omnia pro felici hora mortis necessaria, & opportuna; sed inter hæc est præcipuè confessio, & absolutio sacramentalis in mortis articulo obtinenda; ergo &c. tum quia de tali viro probò in articulo mortis constituto prudenter dubitari potest, an prius confessionem petierit, & non fuerit auditus, aut aliquid signum externum dederit, quod non fuerit visum; immò dubitari potest, an etiam de facto aliquid signum externum det, quod propter ejus vitium imbecillitatem non videatur, aut non percipiatur, adeoque poterit sub conditione absolvi, eo quod ob probè antea peractam vitam præsumi, ac sperari possit, ipsum hic, & nunc petere confiteri, & sacramentaliter absolvi: tum etiam quia in dubiis, aut opinionibus circa necessaria ad salutem, tutior pars est amplectenda; sed in hoc casu agitur de re necessaria ad salutem, & adest dubium, aut opinio pro utraque parte; adeoque sub conditione absolvendus, cum hoc tutius sit pro ejus æterna salute. Nihil enim mali fit in conferenda tali absolutione conditionata; eo enim ipso quod apponatur conditio, si es capax, ego te absolvo &c. & vitatur omne periculum sacrilegii, & irreverentiæ sacramenti, & consilium salutis æternæ moribundi, quæ in tali extrema necessitate est ab omnibus ex charitate procuranda. Sicut enim sacramentum Baptismi in casu extremae necessitatis potest conferri sub conditione in materia dubia, ut in lixivio, aqua rosacea, vel nivali, vel etiam in parte dubia, ut in digito, manu &c. cum in tali casu tutius consulatur salutis animæ infantis, quam nullo modo eum baptizando: sic à pari in casu nostro potest sub conditione dari absolutio sacramentalis tali moribundo extreme indigenti, cum tutius consulatur suæ extremæ salutis dando ei absolutionem conditionatam, quam nullo modo eum absolvendo. Sacramenta enim cum fuerint à Christo instituta in salutem fidelium, in casu extremae necessitatis de mente Legislatoris cedunt juri suo, ne exponatur periculo nullitatis; ut fideles non exponantur periculo damnationis; eo vel maxime quod talis conditio, ut jam dictum est, salvat reverentiam sacramenti, quia si moribundum non sit capax absolutionis, non fit sacramentum.*

¶ P. Daniel Concina, qui in animadversionibus ad Pontas Auctoris nostri opinionem, quæ communior est, probaverat, in theologia christiana, quæ ibidem scripserat, retractavit, ne eorum præjudicium afferret opinioni, qui confessionem necessariam hujus sacramenti materiam existimantes, negant omnino eum absolvi posse, qui confessionis signa sensibilia non dederit; quia deficientibus actibus penitentis necessaria materia desideratur, sine qua perfici sacramentum nequit. Sed certum omnino non est, actus penitentis materiam hujus sacramenti esse: cum Tridentina Synodus non sacramenti materiam, sed quasi materiam dixerit, cumque Theologi benè multi non materiam ex qua sacramentum fit, sed circa quam sacramentum versatur, actus illos consueverunt. Dum verò in penitente ea præcesserint, quæ Auctores commemoravit, satis verisimile est, & confessionis desiderium per antea factam vitam; & alios actus in illo repetiri, qui ad impertiendam absolutionem dubiam saltem materiam suppediunt: ergo sub conditione absolvi poterit; eo vel magis, quia is, qui antea confessionem petiere, si saltem per testes id Sacerdoti sit notum, absolutio concedenda est, ut liquet ex allatis ab auctore monumentis, & etiam ex decreto Urbani VIII. qui 24. Februarii 1632. rogatus ab Inquisitore Lusitanie, num valide absolvi possit agrotus, qui coram uno teste signa contritionis dedit, superveniente autem Confessario nullo externo signo confitendi voluntatem ostendit, respondit, huic agrotò posse impertiri absolutionem, nec

id repugnare decreto Clementis VIII. cum diversam contineret rationem. Itaque si absolvi dunt, qui antea petierunt confessionem, quia actus illi præcedentes veluti præsertes haberi possunt; cur illi absolvi non erunt, quorum vivendi ratio prudenter Confessarium certum facit, voluisse in mortis articulo sacramenta recipere, ac prudenter etiam dubitare permittere confessionem antea petiisse, licet à nemine fuerit auditus? Nec audiendum Concina est, dum ait, Deum, quando vult alicujus salutem, velle etiam eadem voluntate media à Christo præscripta pro salute obtinenda. Nam absolutionem hanc medium esse præscriptum dicimus, & occurrentem Sacerdotem, qui probò christiano, quem confessionem petiisse presumimus, sacerdotalem absolutionem impetiat, beneficium quoddam esse putamus divina misericordia, quo Deus illi opitulari decreverit.

Hinc merito Vasquez & alii quamplurimi affirmant, quod in casibus supradictis, in quibus moribundus potest absolvi, Sacerdos non tantum possit, sed etiam teneatur ratione caritatis, illum absolvere.

Absolutio dari potest ei, qui est in occasione proxima involuntaria, nec est in sui potestate eam removere, dummodò tamen vitare conetur periculum formale peccandi per actus proprios, scilicet primò per verum, & firmum dolorem de præteritis, secundo si sit occasio luxurie, per intensum & solidum propositum solus cum sola non loquendi, & totis viribus mulieris aspectum, & illecebræ vitandi, tertio per verum propositum, & promissionem separationis cum primum erit possibile physice, vel moraliter: quarto per fervidam orationem, & petitionem divini auxilii, & frequentiam sacramentorum, maxime confessionis cum eodem prudenti Confessario: & ratio est, quia occasio peccandi in se non est peccatum, nisi sit voluntaria, & qui in ea est, potius dicitur eam pati, quam eam se exponere, postis enim dictis propriis actibus censetur pro quanto in se est, eam absolute, & efficaciter nolle, ut tradit D. Basilus in constit. monach. c. 4. f. 489. ubi dicit, *in hujusmodi casibus hominem non amare periculum, sed illud involuntum rubire.* Talis occasio involuntaria contingere potest in filiofamilias cum familia domini, inter fratres, sorores, filios, & filias ejusdem familie, & alios similes conjunctos, qui non sunt sui juris habitantes in eadem domo sub cura ejusdem domini sui parentis. Sic tenent communiter DD. qui tamen monent Confessarios, ut cum istis se gerant sicuti cum recidivis, differendo aliquando absolutionem, & difficiles se ostendendo ad eos absolvendos, ut sic petentibus facilius emendantur, & supradictos proprios actus efficacius eliciant, sine quibus nequirent absolvi, cum deficerent in adimplendis, quæ sunt in sua potestate, & teneantur omnes adimplere nulla suffragante excusatione ad vitandum peccatum mortale.

Absolutio tamen dari non potest ei, qui est in occasione proxima voluntaria, nec vult eam, cum possit desistere, licet sub prætextu quicquamque utilitatis, commodi, vel boni spiritualis vel temporalis sui, vel proximi. Clarè constat ex pluribus propositionibus damnatis, ut ex 41. in ordine damnata ab Alexandro VII. die 18. Martii 1666. his verbis: *Non est obligandus concubinaris ad ejiciendum concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarum, vulgo Regalo, dum deficiente illa nimis agre ageret vitam, & alia epula tædio magno concubinarum afficerent, & alia famula nimis difficile inventiretur; & ex 61. in ordine damnata ab Innoc. XI. 2. Martii 1679. Potest aliquando absolvi, qui in occasione proxima peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere, quinimò dicitur, & ex proposito querit, aut ei se ingerit, & alia ejusdem Pontificis 62. in ordine: *Proxima occasio peccandi non est fugiendi occurrere, & ex altera ejusdem 63. in ordine: Licetum est querere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali, nostro, vel proximi.* Et ostenditur ratione, quia ut quis non teneatur deserere occasionem proximam peccandi mortaliter, nulla causa est sufficiens, nisi sola impotentia physica; vel moralis deserendi illam occasione proximam, nam quoties potest quis eam derelinquere, tenetur, quia quilibet,*

bet, si potest, teneatur evitare proximum periculum summi mali, quale est peccatum mortale, juxta illud Matthaei 18. Si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & profice abs te; aliter non esset dispositus ad obtinendam absolutionem ratione evidentis periculi, adeoque non absolveretur, ut concludit Sanctus Carolus Borromeus part. 4. actor. Eccles. Mediol. instruat. Confess. circa medium, his verbis: Sciam denique (Confessores) non posse iis impedire beneficium absolutionis, qui peccati mortalis occasionem omnem fugere serio non proposuerint. Et Sanctus Thomas de Villanova Concione in feria 6. post Dom. 4. Quadragesima, ait: Vadat, & concubinam e domo pellat, pecuniam alienam restituat &c. & tunc ad Confessarium redeat, & absolvatur, hic rectus est ordo, hunc ordinem non transgrediatur.

(Accedit etiam, poenitentem, ut sit rite dispositus, debere affectum peccati excludere, & peccatum detestari: ergo detestari quoque debet peccandi occasionem. Quomodo vero eam detestabitur, qui non vult illam deserere?)

14 Absolutio dari non potest consuetudinario, & recidivo, qui semper labitur in iisdem peccatis sine ulla spe emendationis, nec facit quantum in se est juxta monita prudentis Confessarii pro tali consuetudine peccaminosa deserenda; adhibendo scilicet serium conatum, quo tentationibus, ac occasionibus resistat, sed potius cupiditatis suis semper frenata relaxat; constat clare ex propositione damnata ab Innocentio XI. 2. Martii 1679. in ordine 6a. Poenitentis habentis consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturam, aut ecclesiae, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio, dummodo ore proferat se dolere, & proponere emendationem. Et ratio est, quia cum in isto nullum appareat verum signum doloris, aut propositum emendandae vitae, ex quo nullum serium conatum adhibeat ad resistendum tentationibus, & peccandi occasionibus, sed potius voluntarie suis cupiditatibus semper frenata relaxat, absolutio nedum non ipsum solveret, sed & cum ipso etiam Confessarium ligaret, ut docet Sanctus Ambrosius lib. 2. de panit. cap. 9. his verbis: Nonnulli ideo poeunt poenitentiam, ut statim sibi reddi communionem velint, hi non tam se solvere cupiunt, quam Sacerdotem ligare, suam enim conscientiam non exuunt, & Sacerdotis induunt, cui praeceptum est, nolite dare

15 Sanctum caribus. Et quod similibus consuetudinariis, seu recidivis non sit danda absolutio, donec emendentur, aperte insinuat S. Carolus Borromeus part. 4. actor. Eccles. Mediol. instruat. Confessorum his verbis: Proponenda est adhuc absolutio his, qui licet se peccatum dimisuros pollicentur, ab illo tamen non separandos Confessor suscipietur, ut sunt ii, & praesertim juvenes otiosi, qui solent majoris temporis parte aleis, crapulis, amoribus, peccatis carnalibus, blasphemis, inonestis conversationibus, dissensionibus, odiis, & detractionibus vacare, ut qui a multis annis in eisdem peccatis perseverarunt, nec ut emendentur, laborant.

16 Si vero consuetudinario, seu recidivo post ultimam suam confessionem, se vel paulum emendavit, nec tot peccata, ut ordinarie solitus erat, commisit, & aliquot conatum ad se emendandum adhibuit, debet absolvi, cum sic ostendat se habere verum dolorem, & firmum propositum se emendandi, quod sufficit ad veram poenitentiam, licet aliquoties sit iterum relapsus; siquidem ejusmodi aliquis relapsus non est signum falsae poenitentiae, sed potius fragilitatis humanae; plurimi enim etiam probitate conspicui relabuntur iterum, & contra

17 bona proposita firmiter concepta denuo peccant. Cum enim recidive peccata fiant ex sola fragilitate intrinseca, ut fit in mollitie, delectationibus morosis, odiis, blasphemis, & similibus, docent communiter Doctores ordinariae posse poenitentem toties absolvi, quoties Confessarius judicat eum serio dolere, & proponere imposterum se emendare, quia est rite dispositus, ut maxime liquet in illo, qui post ultimam confessionem non peccata commisit, ut antea solitus erat; unde & Matthaei 18. Patro interroganti: Quoties peccavit in me frater meus, & dimittam ei, usque septies dixit Jesus: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies,

hoc est toties, quoties verè doluerit, signa emendationis dederit, veniamque rogaverit, juxta quod Sanctus Hieronymus relat. c. Septies dixit, 3. de panit. ait: Non solum septies, sed usque septuagies septies delinquenti, si conservatur ad poenitentiam, peccata condonantur.

Major difficultas est, si sint ne absolvi necesse illi consuetudinariis, seu recidivi, qui in aliqua confessione minora afferunt peccata, & in alia majora, & vice vicissim longo tempore sua peccata continuant, aliquoties vincendo, & aliquoties iterum relabendo, ac numerum peccatorum augendo? Cum istis dicerem, quod à Confessariis non sit procedendum nec per nimiam severitatem, nec per nimiam clementiam, ut nec nimia severitas terreat, nec nimia clementia palpet. Habemus enim non pauca luctuosa exempla, quod nimia severitas Confessorum fuerit potius poenitentibus occasio ruinae spiritualis, ac desperationis, quam salutis, cum sic deterrensit eis odiosa confessio, & plurimi à poenitentia totaliter recesserint, & per hoc S. Leo episcopus 91. omnes sic admonet Confessarios: In dispensatione Dei donis non debemus esse difficiles, nec accensantur se lacrymas, genitusque negligere, cum ipsam poenitentem affectionem ex Dei credamus inspirationem conceptam. Nec minor habemus exempla, quod nimia Confessorum clementia non paucos cum se ipsis perdidit poenitentes: cum nimia clementia potius fovet peccata, quam minuat, juxta illud, quod observat Bellarmin. Concione 8. in Dominica 4. Adventus, dicens: Nec enim esset hodie tanta facilitas peccandi, si non esset etiam tanta facilitas absolvendi; & ideo nimia haec indulgentia reprobat in Synodo Gebennensi part. 4. tit. 9. cap. 5. sub motivo, quod per hanc nimiam facilitatem absolventi peccat, tum Praesbyterorum, tum poenitentium multitudo infinita. Unde cum similibus poenitentibus magna est necessaria prudentia, & discretio in Confessariis, ut hinc per graviora exhortationum motiva eos deterreat à relapsu, & peccatis, & illinc dulciora divinae gratiae, passionis dominicae, & invocationis Sandorum linimenta proponendo, erigant in fiduciam, & spem christianam, atque iteratam peccatorum detestationem, & firmis emendationis propositum, sique cum evangelico Samaritano sciant opportune vulneribus sauciorum oleum, ac vinum infundere; ut S. Aug. & S. Thomas 3. part. q. 80. art. 10. ad 3. ajunt: Faciat unusquisque quod secundum fidem suam pie erudit esse faciendum.

Absolutio dari non debet, sed differenda iis, qui propria culpa, & negligentia ignorant principalem mysteria Fidei, & alia sciri necessaria ad salutem; habetur expresse de mente Innocentii XI. damnantis sub die 2. Martii 1679. hanc propositionem in ordine 6a. Absolutionis capax est homo, quomodo laboret ignorantia mysteriorum Fidei, etiam per negligentiam etiam culpabilem nesciat mysterium SS. Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Jesu Christi. Et clare traditur etiam à S. Carolo Borromeo part. 4. actor. eccles. Mediol. instruat. Confessorum circa med. praecisus his verbis: Quicumque rationis usum attigerit, sub reatu peccati mortali omnes Symboli apostolici, quo ecclesia utitur, articulos serio teneatur saltem quoad substantiam: Item Dei & Ecclesiae praeccepta, quae sub mortali peccato observanda sunt, quaeque solent in scholis doctrinae christianae comparari. Ubi ergo poenitens haec ignoravit, si quamprimum ad ea dicendum non acquieverit, absolutio non debet. Immo si ad ea dicendum se dispositum significaverit, interrogandus, num alias de ea negligentia à Confessore sive ipse sit, sive alius, aut Pastor, monitus fuerit, siquidem pro modulo diligentiam ad hoc non adhibuerit, tandem illi absolutio differatur, donec huic officio poenitus satisfecerit. Quod si nondum admonitus fuerit, absolvatur quidem; sed de supra dictis, ut poterit, instruat. (Adest hac de re constituit. Benedic. XIV. incip. Et si, quae decrevit ignorantibus mysteria Fidei, tenenda necessitate mediis denegandam esse absolutionem: ignorantibus vero sua culpa necessaria necessitate praecipi rejiciendam in aliud tempus absolutionem; quandoque tamen absolvi posse, si poenitens dolens de sua culpabilis vincibilis ignorantia, serio promittat

Confessario, operam se impense daturum, qua divinae gratiae praesidio discat etiam necessaria necessitate praecipi.) Absolutio dari nequit à Confessario suo complici in peccato carnis; & si detur, est nulla, & Confessarius audiens cum absolvere, incurrit excommunicationem Papae reservatam. (Sed etiam reservata Summo Pontifici absolutio calumniatorum quoad sollicitationem in confessione; atque absolutio à censuris in eo latis, qui mercimonium exercent super elemosynis Missarum, ut constat ex constitut. 20. & 22. ejusdem Pontificis.) Vide verb. Complex peccati d. n. 1. ad 3.

An absolutio nequeat dari etiam complici in quocumque alio peccato mortali, non carnali? Vide ibid. n. 4.

\* Absolutio deneganda est ignorantibus mysteria Fidei tenenda necessitate mediis. Benedictus XIV. tom. 1. constitut. 42. incip. Etsi §. 12. Ignorantibus autem sua culpa necessaria necessitate praecipi est absolutio rejicienda in aliquot tempus. Quandoque tamen potest talis poenitens absolvi, si dolens de sua culpabilis vincibilis ignorantia, serio promittat Confessario operam se impense daturum, qua divinae gratiae praesidio discat etiam necessaria necessitate praecipi. Idem loc. cit.

Absolventi facultas à casibus reservatis, & censuris conceditur cancellario militiae S. Januarii. Idem tom. 1. constitut. 42. incip. Etsi §. 12. Eadem facultas tribuitur Confessariis in vim Bullae Cruciate concessae militibus S. Joannis Hierosolymitani, ejusque militiae subditis. Id. tom. 1. const. 96. incip. Quoniam §. 8.

Non est opus absolverentem virtute Bullae Cruciate uti forma absolutionis, quae praefigitur in summario Bullae; ea enim apponitur, ut sciatur, à quibus peccatis, & censuris possit absolvere Confessarius. Mendo de Bulla Cruciate dec. 23. cap. 12.

Absolvere non potest Abbas, seu Superior Regularis Monachos sibi subiectos à percussione Clerici Regularis, ut expresse respondit Sac. Cong. Conc. in Mediol. Censurar. 2. Dec. 1719. ad 5. dub. Vid. verb. Excommunicatio. Alia ad rem, vide verb. Confessarius art. 1. num. 87. (Ex leg. 17. usque ad 47. exclusivè tit. 4. p. 1. tractatus de sacramento Poenitentiae; in eis demonstratur cui sunt peccata confitenda; quae necessaria ad salvationem obtinendam: quomodo cum poenitente Confessarius se gere debet: quo tempore obliget confessionis praeciptum, & reliqua ad idem sacramentum pertinentia; quae quidem omnia propriis suis in locis notabuntur.)

ARTICULUS III.  
Absolutio quomodo, & sub qua forma dari possit, & debeat, vel non?  
SUMMARIUM.

- 1 Absolutionis sacramentalis verba necessaria, & sufficientia assignantur.
- 2 Licet speculative loquendo sola illa duo verba Absolutio te, vel aequivalentia sint de essentia formae absolutionis, ac necessario exprimentia necessitate sacramentali.
- 3 In praxi tamen tutius tenendum est requiri tanquam de essentia formae sacramentalis illa verba à peccatis tuis, vel saltem à peccatis.
- 4 Aliter Confessarius peccaret mortaliter, & exponeret sacramentum probabili periculo nullitatis sine necessitate, & contra justissimam voluntatem poenitentis.
- 5 Absolutio est valida, sed illicita si detur alii, verbis, quae tamen non mutant sententiam formae ordinatae, nec actum iudicis; & offeruntur variae similes formae.
- 6 Omnes dictae, & similes formae sunt validae.
- 7 Sunt tamen illicitae.
- 8 Absolutio autem data hic verbis: Ego te mundo à peccatis tuis, vel aliis verbis consimilibus à pluribus censuris insufficientes. Et qui eam daret sub similibus verbis peccaret mortaliter, sicuti mortaliter peccaret, qui extra casum necessitatis, voluntatis reinferretur. BIRLIONI. TOM. I.

- 9 queret: Ego, & in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.
- 9 Omisio vero aliorum precum, si fiat aliqua rationabilis causa, non est nequidem peccatum veniale.
- 10 Assignatur digna praesidio servanda in usuali administratione sacramenti Poenitentiae.
- 11 Urgente aliqua gravi necessitate, v. gr. periculo mortis instantis, potest Confessarius breviter dicere: Ego te absolvo ab omnibus censuris, & peccatis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.
- 12 Absolutionis verba non praecise, & nude indicant, & declarant poenitentem esse à Deo absolutum, sed verè, & per modum sententiae iudicialis important absolutionem poenitentis à peccatis loco Dei à Confessario velut à Iudice pronuntiatam.
- 13 Absolutio non est valida, si proferatur modo deprecatorio.
- 14 Absolutio nequit dari absentem per nuntium, & per literas.
- 15 Absolutio potest dari ab uno pluribus simul.
- 16 Talis absolutio esset non quidem formaliter, sed circumstantialiter, & aequivalenter multiplex, & essent tot sacramenta, quot homines ponentes aliquam confessionem, & dolorem eum propositum.
- 17 Similiter potest dari absolutio uni à pluribus simul.
- 18 Talis absolutio licet sit illicita, est tamen valida. Immo possunt dari casus, qui assignantur, in quibus nedum sit valida, sed etiam licita.
- 19 Immo in illis casibus, ut voluit varii clari DD. per plures sic intentas, & obtentas à Poenitente absolutiones conferretur major gratia, & essent plura sacramenta.
- 20 Alia ad rem, remissivè.

ABSOLUTIONIS sacramentalis verba necessaria, & sufficientia sunt: Absolutio te à peccatis tuis, vel alia aequivalentia actum iudiciale sententiae: absolverent sufficienter exprimentia: habetur ex Concilio Florentino in decreto unionis, ubi dicit: Forma hujus sacramenti est: Ego te absolvo, &c. & ex Trident. sess. 14. cap. 3. ubi dicit: Docet praeterea sancta Synodus sacramenti Poenitentiae formam, in qua praecipua ejus vis sita est, in illis Ministris verbis positam esse: Ego te absolvo, &c. quibus quidem de ecclesiae sententia more praesens quaedam laudabiliter adjunguntur, ad ipsius tamen formae essentiam nequaquam spectant, usque ad ipsius sacramenti administrationem sunt necessaria. Licet autem ex praedictis sola illa duo verba Absolutio te, vel aequivalentia, sint de essentia formae absolutionis, ac necessario exprimentia necessitate sacramenti, maxime speculative loquendo ut sustinent D. Thom. 3. p. q. 84. art. 3. in corp. Scotus in 4. dist. 14. quest. 4. §. ex hoc sequitur, Suarez, Lugo, Gonet, Coninch, Amicus, & alii magis communiter.

In praxi tamen tutius tenendum est, requiri tanquam de essentia formae sacramentalis etiam illa verba à peccatis tuis, vel saltem à peccatis, quia in institutione sacramenti Poenitentiae facta est à Christo expressa mentio peccatorum: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt, Joan. 20. ergo si quia in sacramenti Baptismi institutione dictum est: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, invocatio Trinitatis dicitur essentialis, ita quia in institutione sacramenti Poenitentiae dictum est, quorum remisistis peccata, expressio eorumdem peccatorum erit essentialis, adeoque tutius addenda sunt illa verba à peccatis tuis, vel saltem à peccatis. Et vel maxime, quod absolutio à peccatis debet determinate significare remissionem peccati, quia non plus efficit, quam determinate significet, cum sit forma practica, & non speculativa; atqui illa verba, absolvo te, non significant determinate remissionem peccatorum, cum de se sint indifferentia ad significandam remissionem, vel censuram, vel peccati, vel poenitentiae, adeoque, &c. Tum quia Concilium Florentinum in decreto unionis, & Trident. sess. 14. cap. 3. expressè dicunt formam sacramenti Poenitentiae esse verba Ego absolvo te, addita particula &c. quae ex genere suo indicat quid aliud ab enuntiato in illis verbis Ego absolvo te, adeo-

adeoque ultra illa tutius erunt addenda etiam ista de peccatis tuis, vel saltem de peccatis.

4. Aliter Confessarius peccaret mortaliter, & exponeret sacramentum probabili periculo nullitatis sine necessitate, & contra iustissimam voluntatem penitentis, ut dicit Gobat tr. 7. n. 190. cum aliis, & maxime post damnationem factam ab Ina. XI. 2. Martii 1676. hujus propositionis primæ in ordine: Non est illicitum in sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore sacramenti relicta tutiore, nisi id veteri lex, conventio, aut periculum gravius damni incurrendi. Hinc sententia probabilis tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

5. Absolutio est valida, sed illicita, si detur aliis verbis, quæ tamen non mutant sensum formæ ordinariæ, nec actum iudicii, sic valide absolvitur, si dicatur: Ego tibi remitto, vel condono peccata tua; Solved te de peccatis tuis; Tibi de me remittuntur peccata tua; Absolvo dominationem vestram, vel maiestatem vestram, si Confessarius sic dicat reverentiæ causa: Nos absolvimus te a peccatis tuis, si ly Nos denotet dignitatem personæ singularis absolventis, ut si sit Prælati. Tu a me absolveris a peccatis, Franciscus, vel Dominatio vestra, seu Maiestas vestra a me absolvitur a peccatis. Jubeo, volo te absolvi a peccatis. Omnes enim istæ, & consimiles formæ sunt validæ, quia est in istis tantum mutatio accidentalis, cum verba retineant sensum a Christo intentum; sunt tamen illicitæ, quia fit contra consuetudinem, & præscriptum Ecclesiæ.

8. Absolutio autem data his verbis, Ego te mundo de peccatis tuis, vel aliis verbis consimilibus, à pluribus censetur insufficientis, quia non videtur significare absolutionem per modum sententiæ iudicialis, qualis requiritur ad sacramentum Penitentiae, utpote quod per modum iudicii est a Christo institutum, adeoque qui eam daret sub similibus verbis peccaret mortaliter, cum semper mortale sit extra casum necessitatis uti materia, & forma dubia in sacramentis, sicuti secundum multos peccaret etiam mortaliter, qui extra casum necessitatis vclunter relinqueret Ego, & in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Omissio verò aliarum precum, si fiat aliqua rationali causa, v. g. in magno concursu Penitentium, in frequentioribus, & brevioribus confessionibus, non est nequidem peccatum veniale, cum nullimodo spectent ad essentiam absolutionis sacramentalis, nec ad ipsius sacramenti administrationem sint necessaria, sed solummodo de Ecclesiæ Sanctæ more laudabiliter ad iungantur, ut expresse docet Trident. c. 11. sess. 14. c. 3. Verbis relatis n. 7.

10. Pro digna autem, & practica usu administratione sacramenti Penitentiae consul-um est, ut laudabiliter practicatur à multis, quod Confessarius dicat Penitentem antequam incipiat confessionem, Dominus sit in corde tuo, & in labiis tuis, ut rite, & competenter confitearis peccata tua, in nomine Patris, formando signum crucis versus eum, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Denique ritè peracta confessione, & iniuncta penitentem prius salutari penitentia, ut præscribit Rituale Romanum jussu Pauli V. editum, Meseuratur tui Omnipotens Deus, & dimittis peccatis tuis perducatur te ad vitam eternam. Deinde dextera versus penitentem elevata: Indulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum tuorum tribuat tibi Omnipotens, & misericors Dominus. Amen. Postea: Dominus Noster Jesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis (hoc verbum suspensionis omittitur in Laicis) & interdicti in quantum possunt, & tu indiges; Deinde Ego te absolvo a peccatis tuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Et ultimo: Passio Domini nostri Jesu Christi, merita B. M. V. & omnium Sanctorum, quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem omnium peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vite eterne,

11. Amen. Urgente verò aliqua gravi necessitate, ut puta periculo mortis instanti, breviter Confessarius dicere poterit: Ego te absolvo ab omnibus censuris, & peccatis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen, ut ad litteram docet Rituale Romanum.

Absolutionis verba non præcisè, & nudè indicant, & declarant penitentem esse à Deo absolutum, sed per modum sententiæ iudicialis important absolutionem penitentis à peccatis loco Dei à Confessario velut à Iudice pronunciatam. Et ratio est, quia in formis sacramentalibus verba id verè efficiunt, quod significant; verba autem absolutionis sacramentalis verè significant absolutionem in persona propria Sacerdotis, & non meram declarationem absolutionis jam positæ, ut clare patet ex tenore verborum, quæ profert audita confessione ipse Sacerdos, dicit enim: Ego te absolvo de peccatis tuis; absolvere enim non est præcisè declarare, adeoque Confessarii verè absolvent, & non tantum indicant, sed declarant penitentem esse à Deo absolutum; Et sic habetur ex Conc. Trid. sess. 14. c. 6. de Ministro hujus sacramenti, & absolutione: Quamvis autem absolutio sacerdotis alieni beneficii sit dispensatio, tamen non est solum nudum ministerium... declarandi remissa esse peccata, sed ad instar actus iudicialis ab ipso velut à Iudice sententia pronunciatæ; Et etiam ex Can. q. ejusdem sess. & cap. his verbis: Si quis dixerit absolutionem sacramentalem Sacerdotis non esse actum iudiciale, sed nudum ministerium pronuncians, & declarandi remissa esse peccata confitenti &c. Anathema sit.

Absolutio non est valida si proferatur modo deprecatorio. V. G. absolvat te Deus, Oro Deum, ut te absolvat, vel similibus deprecatoriis verbis. Est comm. Doct. Et ratio est, quia sacramentum Penitentiae est à Christo institutum per modum iudicii, ut habetur ex Trid. sess. 14. c. 2. & 6. mox citat. ubi asserit, Confessarium esse iudicem; hocque sacramentum exerceri per modum iudicii; sed non potest esse tale, nisi intercedat sententia Iudicis iudicativa, in iudiciis enim sententia non profertur deprecando, sed jubendo, adeoque &c. Tum quia Christus non dixit pro quorum peccatis oraveritis, sed quorum peccata remiseritis, remittuntur; cum enim Christus dedit Sacerdotibus potestatem remittendi peccata, eis dicens, quorum remiseritis peccata, remittantur eis, Joan. 20. Quicumque solaveritis super terram, erunt soluta, & in celo, Matth. 18. manifestè ostendit, quod in illius potestatis exercitio ea debent usurpari verba, quæ hujus vim, & amplitudinem certius expriment; sed verba ista Ego te absolvo, &c. statuta à Conc. Flor. in decr. unionis, & à Trid. sess. 14. c. 3. vim illam, & amplitudinem expressius procerò declarant, quam hæc alia deprecativa oro Dominum, ut te absolvat, absolvat te Deus, & similia; adeoque, &c.

Non adeo facile pronunciantum est, validam non esse absolutionem verbi deprecativæ contentam; nam licet Græci alique Orientales deprecane formula uterentur etiam Concilii Florentini tempore, ut ex eorumdem Euchologiis constat; tamen Patres, quibus id erat apprime cognitum, nihil hac in parte mutantium censuere, deinde Clemens VIII. & Benedictus XIV. Græcis sub Latinis Episcopis degentibus præceperunt, ut Latinos absolvendo uterentur forma iudicativa, sed in absolutione Græcorum deprecativam formam adhibere non prohibuerunt; etsi probe nosset hanc illos usurpare. Quorsum verò id, nisi quia ratum existimare penitentem sacramentum etiam deprecativæ Græcorum formula collatum? Denique Orientales, vel hæc verba habent absolvat te Deus per me, pro humilitate meam, vel verba illa subadiuntur, sicut dum in Baptismo ajunt: Baptizato servus Dei, &c. subintelligitur à me: Ergo ministerium Sacerdotis deprecans forma exprimit, & ipsam Sacerdotis absolutionis actionem ita declarat, ut ipsum veluti Dei ministrum peccatores penitentes à peccatis absolvere designet. Non est ergo irritum per hanc collatum foemiam sacramentum.

Absolutio nequit dari absenti per nuntium, vel per literas; est communis, & colligitur ex Can. Quem panit. 88. de panit. dist. 1. ubi habentur præcisæ verba: Præcepit enim Dominus mundandis, ut ostenderent ora Sacerdotibus, docens corporali presentiam confitenda peccata non per nuntium, non per scripturam manifestanda. Dixit enim ora monstrare, & omnes, non unus pro omnibus; non alium statutis nuntium, qui pro vobis offerat manus à Moysè statutus, sed qui per vos peccatis, per vos erubescatis, erubescantia enim ipsa partem habet remissionis; ex misericordia enim hoc præcepit Do-

minus, ut neminem peniteret in occulto, in hoc enim quod per se ipsum dicit Sacerdoti, & erubescantiam vincit timore offensus, fit veniat criminis. Et habetur expresse ex Clem. VIII. conc. incip. Sanctissimas, emanat. 20. Julii 1602. his verbis: Hanc propositionem, scilicet, licere per literas, seu internuntium Confessario absenti sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolvi, ut nuntium obtinere ad minus uti falsam, temerariam, & scandalosam damnavit, ac prohibuit; præcepitque, ne deinceps ista propositio publicis, privatisque locutionibus, concionibus, congressibus doceatur, neve unquam tamquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quovis modo deducatur. Quod si quis illam docuerit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputative tractaverit, (nisi forsitan impugnavit) vel ad praxim directè seu indirectè deduxerit, præter excommunicationem late sententiæ, quam ipso facto incurrat, & à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio absolvi quacumque dignitate fulgente, etiam S. Romanæ Ecclesiæ majori Penitentiaro, nisi ad pro tempore existente Romano Pontifice absolvi, nullis etiam penis, arbitrio infligendis, subiaceat? Vide verba. Etiam quoad absolutionem.

15. Absolutio potest dari ab uno pluribus simul, ut de facto ab eodem Confessario simul absolvantur multi milites ante prælium, & etiam in naufragio, aut incendio, vel aliis similibus casibus ab uno solo Confessario multi presentes in eodem periculo absolvantur, dicendo Absolvo vos a peccatis; Sic communitè tenent Tambur. de Confess. l. 2. c. 10. n. 4. Lugo disp. 13. sect. 6. n. 141. Coninch. Azor. Avers. & alii passim; Et talis absolutio esset, non quidem formaliter, sed virtualiter, & æquivalenter multiplex, & essent toto sacramenta, quot homines ponentes aliquam confessionem, & dolorem cum proposito, La Croix lib. 6. p. 2. n. 645. & alii communiter. Similiter potest dari absolutio uni à pluribus simul, ut tenent supracitati Doctores; quamvis enim sit illicitum, quod penitens confiteatur eadem peccata duobus, vel pluribus Sacerdotibus simul, & ab eisdem duobus, vel pluribus Sacerdotibus simul absolutionem accipiat; ex quo sit contra consuetudinem Ecclesiæ, ut cum multis sentit Suarez disp. 8. sect. 4. n. 2. de Panit.

18. tamen absolutio erit valida; immò possent dari casus, in quibus nedum esset valida, sed etiam licita, ut si moribundus, qui confessionem petit, adveniat duo Sacerdotes, & uterque illum sensibus destitutum absolvat, vel si in naufragio aut incendio aliquis multis Sacerdotibus presentibus confiteatur, ut ab illis absolvat, vel si penitens bona fide i faceret, existimans ita licere; in his enim, & similibus casibus valida, & licita esset utraque absolutio simul data, cum utraque concurreret ad gratiam sacramentalem, ex quo non sit major ratio de una, quam de altera.

19. Immo, ut voluit Card. de Lugo disp. 13. de sacramento Panit. sect. 7. num. 166. & 172. La Croix lib. 6. part. 2. num. 647. Aversa q. 12. sect. 3. & alii, in illis casibus, si Penitens ita confiteretur pluribus, ut intendere à quolibet seorsim; & independentè ab altero absolvi, non sit major ratio de una, quam de altera.

Quamquam præceptum abstinentiæ à carnibus diebus sabbati, olim etiam Hispania complectebatur vasallos, tantummodo quæ talis prohibitio postea dispensata fuisset determinata parte carnis animalium; subblata fuit similibus restrictio pro Castella, Legionis, Indiarumque Regnicolis; consensumque ut cujuslibet partis ex illorum corpore, etiam volatiliam edere possent, diebus vigiliæ; abstinentiæque exceptis, suo tamen manente vigore primæ prohibitionis Aragonia in Regno. (1)

BENEDICTUS PAPA XIV. Venerabilis Patris, salutem, & Apostolicam benedictionem.

(1) Jam pridem à dilecto filio nostro Trojano S. R. E. Cardinali, Aquaviva nuncupato, pro parte charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, supplicatum nobis fuit, ut Regnis Castellæ, Legionis, atque Indiarum, in quibus veteri consuetudine licet edere partes extremas animalium, pèdes nempe, alas, colla, atque intestina die sabbati per totius anni spatium, non tamen diebus sabbati per quadagesimam occurrentibus, aut cum præcipitur apostolica auctoritate, licentiam, & facultatem obtinere, per utramque absolutionem conferretur major gratia, quam per unam solam; quia non est cur unum sacramentum impediatur à suo effectu producendo, propter consortium alterius sacramenti; sicut enim absolutiones illæ, si non simul, sed successivè præstarentur, singulæ darent effectum suum, & utraque conferret plus gratiæ, quam una sola, sic simul exhibita darent eundem effectum, quem darent successivè, & essent plura sacramenta, quia verè essent plura iudicia, & multiplicaretur absolutio, quæ in recto importatur, & virtualiter multiplicaretur etiam dolor, & confessio, adeoque singulis illis absolutionibus simul datis corresponderet diversæ gratiæ, cum quolibet illarum deberet habere effectum diversum.

Alia ad rem novissimè emanata: Vide verb. Confessarius art. 1. num. 87. & seq.

ABSTINENTIA. SUMMARIUM.

- 1. Abstinentia à carnibus est præcepta pro omnibus diebus Veneris, & Sabbati.
2. Item pro toto tempore Quadragesimæ.
3. Item pro quatuor anni temporibus.
4. Item pro variis vigiliis, quæ enumerantur.
5. Si vigilia incidit in die dominicæ, non fit in ipsa abstinentia, sed anticipatur in Sabbato.
6. Sic etiam debet anticipari feria 4. Vigilia S. Joannis Baptistæ, si cadat in die Corporis Christi.
7. Non potest tamen anticipari Vigilia S. Mathiæ, etiamsi occurrat ultima die Bacchanalium.
8. Si Nativitas D. N. J. C. accidat in die Veneris, dispensantur omnes ab abstinentia carnis, exceptis iis, qui tenentur voto, vel regulari observantia.
9. Tempore Quadragesimæ adest præceptum abstinentiæ nedum à carnibus, sed etiam ab ovis, & lacteiniis.
10. Abstinentia nimia à cibo, vel potu, vel somno impediens aliquem, ne postea suis possit fungi officiis, est mala, & peccaminosa.
11. Abstinentia ab omni cibo, & potu ultra terminum naturalem septem, aut novem, aut ad summum undecim dierum, in iis, qui vite sanctimonialium excolunt, consistit facti veritate, censenda est supernaturalis, & miraculosa.
12. Deducitur ex variis exemplis Scripturæ Sacre.
13. Et sic habetur de multis Sanctis.
14. Abstinentia diuturna ab omni cibo, & potu potest dari naturaliter, etiam sine miraculo.

ABSTINENTIA à carnibus est præcepta pro omnibus diebus Veneris, & Sabbati, de consecrat. dist. 3. cap. De usu carnis, & dist. 5. cap. Quia dies, & Nicolaus primus ad consulta Bulgaror. cap. 5. de observant. jejunior. Item pro toto tempore Quadragesimæ, Hb. 5. const. Apot.